



IN NOMINE
SACRO SANGTÆ ET SUMMÆ
TRINITATIS.

AUTHORITATE ET DECRETO

MAGNIFICI, NOBILISSIMI ET
AMPLISSIMI

JURISCONSULTO-
RVM ORDINIS IN FA-
MIGERATISSIMA AC FLOREN-
TISSIMA ARGENTORATENSIVM
ACADEMIA,

PRO SUMMIS IN UTROQUE JURE, CÆ-
sareo & Canonico, honoribus & immunitatibus Do-
ctoralibus, legitimè consequendis;

DISPUTATIONEM HANC INAUGURALEM
Theorico-Practicam

DE

EXECUTIONIBUS TAM IN GE-
NERE QUAM IN SPECIE.

Publico ac Solenni omnium examini subiicit,

HENRICUS Harthausen/ Hassus.

*Ad diem 10. Augusti.
in Auditorio Majori.*

ARGENTORATI

Typis JOHANNIS-PHILIPPI MÜLBI,
ACADEMIÆ TYPOGRAPHI,

Anno M. DC. XLVIII.

106.

1648, 4.

18



X 10



SERENISSIMO ET CEL-

SISSIMO

PRINCIPI AC DOMINO,
DOMINO VVILHELMO,
HASSIÆ LANDGRAVIO, CATTI-
MELIBOCI, DECIAE, ZIGENHAINÆ,
NIDDÆ &c. COMITI.

DOMINO SUO CLEMENTISSIMO

Disputationem hanc Inauguralem

*debitæ subjectionis testimonium, & perpetuæ
fidelitatis monumentum*

HENRICUS HARTHausen

nomem

& A





OMNIA AD DEI TER

Opt. Max. gloriam.

PRÆLOQUIUM.



VT Societas humani generis consisteret, necessaria fuit conjunctio imperantium & obtemperantium; quæ conjunctio conservatur post summi Rectoris providentiam, viridi Legum observantiâ. fieri enim non potest, ut privato scelere nexus iste non dissipetur, quoties nimia licentiâ mali in pejus abripiuntur, & ex legum cõtemptu quidvis audere licet. Hoc frœnum, hoc vinculum est, quo turgida malitiæ vela contrahi debent, quodque vel invito in officio continet. *l. 9. C. de LL.* Nam quantum esset, jus in civitate esse, nisi sint, qui jura regant & administrant, inquit *Jctus in l. 2. §. 13. de O. I.* sed cum prudentiâ: indomitum quippe homo animal est, nullumq; quod meliori arte gubernari velit: Eodem luto, eodem æthere orti omnes, iisdem etiam privilegiis uti ac gaudere volumus. Hinc per omnes humanæ societatis gradus vetita est sævitia, atq; potestatis abusus. Patronus si clienti fraudem faciebat, cœsoriâ nota sacer erat. *Halicarnas. lib. 2.* Dominus si suâ in servos potestate abusus fuit, servus sævitiâ, fame, injuriâ pressus venire jussus est. *§. fin. l. de his qui sui vel alien. l. 1. & 2. ff. eod. l. 1. C. de emendat. servor.* judicibus quoq; immodicè sævientibus frœni temperies adhibita est *in l. 2. de custod. reor.* iniquè judicantibus & injuste exequentibus poena decreta est *in l. 6. de L. Jul. repetund.* Sed quæ hodie magis usitatæ querelæ, quàm malitiosè in jus vocatum, iniquè sententiam latam, injustissimè executionem

A 2



X 10



tionem esse decretam. Quæ ansam mihi præbuere, utilis-
simam, & in foro frequentissimam EXECUTIONIS
materiam, autoritate Magnifici Collegii Juridici, paulo
altius rimari, & loco disputationis INAUGURALIS
solenni omnium examini submissè & officiosè subijcere.
Faxit Deus Ter Opt. Max. ut omnia tam bene, quàm bo-
na voluntate.

C A P U T I.

De Executionis protheoria.

Sicuti cujuslibet rei, ita & EXECUTIONIS duplex datur
definitio, alia scilicet nominis, alia rei. D. Hornei: *compend. dialect.*
lib. 4. c. 5. n. 3. Nominis definitio respicit vel homonymiam vel syno-
nymiam. Homonymia consistit in multiplici hujus vocabuli ac-
ceptione & significatione. Significatio Executionis est vel vulga-
ris, vel juridica. Vulgaris apud probatos authores ultionem seu
punitionem quandoque denotat. Casaub. *comm. in lul. Ces. cap. 67.*
Myns. *com. l. in pr. de publ. lud.* Juridicè Executio, 1. nuntiandi po-
vi operis potestatem significat *l. 5. in pr. de N. O. N. ibique gloss. in verb.*
executionem. 2. sumitur *in l. 8. de eo quod cert. loc.* pro solutione. 3. ali-
ter pro defensione *in c. 2. dist. 87. ibique gloss. in verb. executionis.* 4. ali-
ter *in §. 1. 1. de Publ. lud.* pro criminali accusatione. Pac. *in not. ad d.*
§. 1. Myns. d. l. 5. *In l. 66. & l. 132. de V. O. rei in obligationem dedu-*
ctæ petitio seu exactio, obligationis executio dicitur. 6. Denique
hoc vocabulum rei judicatæ, & quæ rei judicatæ vim habet con-
summationem denotat *in l. 15. de Re jud. t. t. C. de exec. rei jud.* ut po-
te quando iudex sententiam ad emolumentum seu effectum per-
duci jubet. *l. 2. C. h. t.* Posterior significatus præsentem disputa-
tionem occupat.

2. Dicitur, ut ad synoyma veniamus, communiter rei
judicatæ executio. *in rub. C. h. t. l. 15. §. 2. de re jud.* 2. *judicati execu-*
tio d. l. 15. §. 5. 3. *sententiæ latæ executio l. fin. C. h. t. l. 2. de re jud. d. l.*
15. in prin. 4. *Manuum injectio, quâ mediante invadimus tam res*
debitorum

debitoris principaliter petitas, siue alias, loco debiti, in quo quis nobis est obligatus, quàm personas, manum quasi in illas injiciendo, ad eum finem, ut creditori res sua, vel quod ipsi debetur, restituatur. Tiraq. de retract. convent. §. 26. gl. 3. n. 24. §. sententiam ad finem persequi d. l. 15. §. 2. 6. in causam iudicati capere. l. 5. C. h. t. d. l. 15. §. fin. Germanis die Hüßff/ die Hüßff ergehen lassen / quia est extremum auxilium litigatoris, quo consulitur victori, ne diutius in iudicio contendere cogatur. Col. de proces. Exec. in pras. n. 26. die Vollstreckung oder Vollziehung der Urtheil O. C. part. 3. tit. 48. Einen rechtlicher weise seines Guts entziehen. gl. 1. in Landrecht. lib. 3. artic. 43. n. 4. vers. dieser Gewalt ist zweyerley.

3. Sequitur definitio rei. Cum verò Jcti in definitionibus non aded scrupulosi esse soleant, cum propter varias negotiorum circumstantias facilè subverti queant. l. 202. de Reg. jur. ibique. Phil. Marth. num. 4. nec ego anxie in exacta definitione tradendâ laborabo, compertum habens, cognitionem materiæ nostræ practicam potius ex particularibus hautiri, quàm per unicam definitionem alicui instillari posse, ut in simili loquitur D. Reink. de retract. consang. q. 1. n. 63. in fin. sufficiat itaque in præsentiarum hac definitione naturam ipsius rei demonstrare. Dicit igitur poterit, quod sit ultimus actus iudicarius. l. 8. C. de appellat. auth. novo iure C. de re lar. Nov. 125. cap. 1. Gudel. de jur. Noviss. lib. 2. c. 16. qui expeditur coram iudice adito. l. 2. & 3. C. h. t. l. 2. C. si in caus. jud. pign. l. 81. §. 1. de solut. Althuf. dicaol. lib. 3. cap. 48. n. 48. Perez in C. de exec. rei iudic. num. 6. siue in iudicio plenario siue summario, Frider. de proces. lib. 2. cap. 75. nu. 2. quo mediante, creditor aut dominus id, quod per sententiam jam obtinuit, vel quomodocunque sibi debetur, ex actione tam reali quàm personali l. 10. & 11. de v. s. consequi ac recuperare intendit. Col. d. l. n. 9. Singula definitionis membra suis ubique locis uberius explicabuntur.

4. Definitionem excipit divisio, quæ animum legentis incitat, mentem intelligentis præparat, & memoriam artificiosè reformat. gloss. ad §. igitur post libros. verb. easdem institutiones in proem. Instit. quam triplicem hinc constituo. 1. à causa efficiente propinqua, Executio alia est Ecclesiastica, quando Episcopus prævia seculari adhortatione, ex iustissimâ & probatissimâ ratione Excommunicatio-

catione majori, qua homines Christiani à toto Ecclesie corpore & fidelium communione remouentur *cap. 32. c. 11. q. 3. c. pen. ext. de sent. excommun.* & Satanæ traduntur *d. c. 32. 1. Cor. 5. v. 5. 1. Tim. 1. v. fin.* vel minori, quæ hominem separat à cultu publico ministerii & perceptione sacramentorum, salvo hominum commercio *d. c. pen. Interdicto*, quo universitati aut certæ parti jus exercenda religionis adimitur, clericisq; interdicitur, ne divina officia ibi celebrent, aut sacramenta administrent. *c. 16. de sent. excomm. in 6. Suspensione, c. 20. ext. de V. S. c. 11. extr. de priv. & excess.* aliisve coërcitionibus decretum Ecclesie exequitur. *conf. Laur. Ohm. de iur. Episc. 9. 18. alia civilis.*

5. Deinde à causa instrumentali dividitur in privatam, *Gilhaus. in arb. jud. p. 663.* vocat extrajudicialem, quando creditor vel dominus manum injicit in rem vel personam debitoris ex justa aliqua & legitimâ causâ, sistendo quasi & detinendo eam privatâ auctoritate *l. 3. C. de pignor. l. pen. C. de pign. act.* Quod Jcti per viam facti procedere dicunt, & regulariter non admittendum suadent, auctoritate *l. 1. §. 2. de vi & vi arm. l. 7. ad L. Jul. de vi priv. l. 13. quod met. caus.* periculosum enim foret quemquam privatâ auctoritate uti, ac id quod sibi debetur, aliter quam per magistratû actionib; apud eum intentatis reposcere. *d. l. 13. l. 17. de judic. l. 6. §. 2. de re iud.* Itaque ut dixerunt Impp. judiciorum vigor jurisq; publici tutela in medio constituta fuit, ne quispiam sibi ipse jus diceret. *l. 14. C. de iudic.* Quamquam & hodie ex causis à lege approbatis, privato quoque permittatur manus injectio, puta si iudex vel Magistratus parti, ut sententiam exequatur, potestatem concedat. *l. 9. C. solut. matrim. l. 1. C. de pignor. act. Cassad. decis. 6. de caus. poss. & propriet. Col. p. 12. cap. 1. n. 5. Reyger. thesaur. verb. executio. n. 68.* Licet si legitimam habeas causam huic iterum resistere possis. *Zaf. in l. 6. §. 2. de re jud. n. 3. Gothofr. in l. 5. C. de jur. fisc. lib. 10.* Pari ratione partium conventio hic operatur, ut sine Magistratus jussu res debitoris invadere liceat. *d. l. 11. C. de pignor. act.* quam legem doctè *Perez ibidem nu. 18.* explicat, quòd non eò referenda sit, quasi ab initio hujusmodi conventionem inire permittat, ut si creditori non satisfiat, vim facere liceat, & res auferre debitoris: esset enim iniqua pactio, quæ invitaret ad delinquendum, quæque immutaret juris nostri auctoritatem. Sed eò pertinet, ut creditor ita res possit capere, si in presentiarum debitor consentiat, nec repugnet. *Bachov. ad Tr. n. 2. d. 5. ibi. C.*

Præte-



Præterea si debitor aufugit, secum pecuniam & sua bona auferens, ita ut defutura sit nobis adeundo iudicem ratio jus nostrum aduersus eum persequendi, licitum certè est eum sistere, & quantum debet, capere l. 10. §. 16. que in fraud. cred. gl. in c. pastor alis. extr. de caus. poss. & propr. Zal. d. l. n. 4. Gudel. de iur. Noviss. l. 4. c. 1. Plures casus collegit Iason in pr. l. de Action. n. 68. & seqq. referente S. th. diss. 17. aph. 2. Et publicam, quando iudex post sententiam, quæ transit in rem iudicatam, vel post exhibitionem instrumenti executivi, requisitus pro executione, mandat ministris suis, ut petitozem immittant in possessionem rerum debitoris, quæ in vim iudicati vel instrumenti executivi pignori capiuntur l. 1. & t. t. C. de exec. rei jud. l. 15. de re jud.

Denique à materia executionis Dd. aliam tradidère divisionem, personalis sc. & realis. Personalem voco, quando ad capturam debitoris non solventis proceditur. l. 9. in fin. ad L. lul. pecul. Gothofred. in fragm. 12. tabb. de hered. ab intest. tit. 20. §. 28. Quod etiamnum iure Saxonico observari testantur. Tr. v. 2. d. 24. th. 4. B. Berlich. p. 2. concl. 28. num. 24. Carpz. I. P. F. p. 2. const. 22. def. 11. Licet hodie, sublato iure veteri anno Urb. Rom. 427. si fides Livio lib. 8. vid. Bach. ad iur. gl. p. 168. lex habeat, quod homo liber pro debito non detineatur, etsi res defuerint, quæ pro debito addici possint. c. 2. extr. de pignor. ut scilicet detineri, & ad servitutem compelli possit, prout d. c. 2. explicat Gudel. d. tr. lib. 4. c. 16. prop. fin. cum aliàs extremum sit remedium contra iudicatos, omnibus eorum bonis excussis, quod in carcerem detrudantur. l. unia. C. qui bon. ced. pos. Gud. d. l. Covarr. var. resol. l. 2. c. 1. n. 2. Realem dico, quando in illas res, ad quas reus condemnatus est, executio rei iudicata fit. Perez in C. h. t. n. 9. de qua specie executionis suo loco. Et hætenus pro theoria.

CAPUT II.

De Executionis Theoria, & quidem in specie de causis externis.

Usto ordine nunc ad theoriam ipsam accedo, circa quam si consideranda in primis veniunt causæ, utpote quæ sunt principia essendi & cognoscendi, cum scire sit rem per causas cognoscere. Aristot. Metaph. cap. 1. Causæ vero sunt, vel externæ vel in-



X 10



vel internæ. Externæ efficiens & finis. Efficiens est vel remo-
ta vel propinqua. Causam remotam constituit Lex, quæ exe-
cutionem ex certis causis; si scilicet pars victa sententiæ à iudice le-
gitimè lata, sponte parere nolit, si jus atque iudex eludatur: & in
certis causis; si vel ex re iudicata, vel propria partis confessione, vel
aliàs de veritate rei controversæ constat, induxit. l. 6. C. de exe-
cut. rei iud. l. 56. de re iud. cuius vigore atque autoritate iudex ad exe-
cutionem tam in rem quam personam faciendam progredi potest.
Col. d. rr. p. i. c. i. in pr. publicè enim interest sententias latas execu-
tioni mandari. Bald. in l. i. C. ne lic. in una eademque caus. Propinqua
est Magistratus, penes quem est in Republ. imperium l. 15. in pr. de
re iud. parum enim esset in Republ. bonas esse leges, nisi aliud præ-
terea nervus à Magistratibus accederet, qui nimirum secundum le-
ges sententiam ferunt, & executionem faciunt. Vmm. dis. ad proces-
23. in pras. hinc non rectè & bene officio suo Magistratus præest, si
in exequendis iis quæ cum pondere decrevit, vel aliàs liquida, certa
& definita sunt, negligens sit. Magnif. & Amplif. Dn. D. Tabor præ-
ceptor ac Patronus meus perpetuo observantiæ cultu venerandus in disput. de
de offic. iudic. cap. 3. in pr. Frider. 2. de proces. c. 38. n. 2. gerit quippe gla-
dium non frustra, sed ad vindictam eorum, qui male, ad laudem ve-
rò & defensionem illorum, qui bene egerunt. Rom. 13. v. 4. Rectè igitur
Plato in dialogo quem de iustitia seu iustitia inscripsit. Ehem.
de princip. iur. l. 2. cap. 4. & 5. duas has prudentias adamantino quasi
vinculo sibi conjunctas esse, nec illam sine hac subsistere posse, dis-
serit. Est quippe legislator optimus legum condendarum author,
Magistratus diligens earundem executor.

2. Exequitur autem rem iudicatam iudex, qui sententiam
tulit cap. 15. ext. de sent. & re iud. l. 19. de i. c. tion. juxta regulam, quæ sen-
tentiam is jubetur exequi, qui eam tulit. Mynl. 3. O. 68. in pr. Dum-
modo tamen primò habeat jurisdictionem, & quod jurisdictioni
conaret, mixtum imperium. Est enim mixti Imperii sententiam
exequi, sicuti jubere pignora capi, distrahi, & in possessionem mit-
tere l. 4. de i. c. tion. l. 15. §. 2. de re iud. Perez. in C. h. l. n. 3. Vmm. d. l. n. 3. ut
propterea qui illud imperium non habeat, exequi rem iudicatam
nequeat. Non itaque sententiam exequi potest, qui nudam habet
& simplicem notionem atque cognitionem, ut iudex pedaneus,
l. 5. in pr. de re iud. sed magistratus, qui ejusmodi iudicem dedit. l. 15. de
re iud.

re iud. Nobiliss. ac Ampliss. Dn. D. Biccus, Præceptor ac Promotor iugiter
 colendus, aureor. sect. 5. num. 156. Vmm. d. l. Althuf. dicaol. lib. 3. cap. 48.
 n. 33. Licet de iudicatio cognoscere possit, l. 75. de iudic. non ut man-
 det executioni, sed ut pronunciet iudicatum esset nec ne. l. 1. in pr.
 que sentent. sin. appel. Suth. diff. de iudic. aph. 309. Bach. in pōt. p. 394.
 n. 8. Patem licet causam cum iudice pedaneo habeat mandatarius
 jurisdictionis, majori tamen hic illo pollet autoritate atque po-
 testate. l. 5. de iudic. Suth. d. tr. aph. 339. dum enim mandantis vice
 fungitur, l. 16. eod. l. 1. §. 1. de offic. ei. cui mand. ejusque jurisdictionem
 exercet, l. 6. de iudic. l. 3. de offic. ei. non potest non habere exequen-
 di potestatem, cum imperium mixtum à jurisdictione divelli ne-
 queat. l. 3. de iudic. Suth. aphor. 357. Ex quibus jam in proclivi est
 sententiam ferre de delegato. Si enim delegatum, quem Dd. ex
 mandatario jurisdictionis, & iudice pedaneo mixtum quasi for-
 marunt, & nonnulla, quæ pedaneo iudici, & alia quæ mandatario
 competunt, ei tribuunt, Bachov. ad pōt. p. 400. Marant. in spec. p. 4.
 dist. 5. n. 52. intelligas, dico illum sententiam suam exequi non pos-
 se Bach. d. l. Canil. in summ. iur. Canon. l. 4. cap. 18. in fin. Bart. in l. 5. n. 2.
 & l. 15. de R. iud. quæ sententia communiter in foro observatur, ut
 docet Salyc. ad d. l. 5. C. de iudic. Sin verò delegatum principis. l. 5. C. de
 iudic. hanc. C. qui pro sua iudic. aut Pontificis. c. 3. c. 27. & ult. de off. &
 potest. iud. deleg. intelligas, speciale ille habet, ut sententiam suam
 exequi possit. l. 3. prope fin. C. ubi & apud quem. cognit. in integr. cap. 7.
 26. 29. de offic. & potest. iud. del. Suth. aph. 360. Vmm. d. n. 3. Cujac. 12. O. 1.
 Zab. ad l. 15. de re iud. n. 5.

3. Qui lites execrantur, extra iudicium sæpissimè adhibent
 iudices, seu arbitros compromissarios, quorum potestas ex compro-
 misso tanta est, ut exemplo iudicis sententiam, quam laudum com-
 muniter vocant, ferre possint. c. 1. C. de sent. ex brevic. recit. arg. l. 1. ff.
 de recept. arbitr. imò debeant. l. 19. §. 1. de recept. arbitr. l. 32. §. 12. & 13.
 eod. Bach. in pōt. pag. 1267. Et licet ex eorum sententia nec actio
 oriatur, nec exceptio rei iudicata. l. 1. C. de recept. arbitr. veteres enim
 laudo arbitri pondus inesse voluerunt, ut tamen inter privata &
 publica iudicia aliquid discriminis superesset, ne hoc modo iudi-
 ciorum publicorum vilesceret majestas. Wes. in par. de recept. arbitr.
 n. 4. Si tamen partes sententiæ arbitri, in quem nudo pacto citra
 promissionem pœnæ compromissum est, subscripserint, aut intra
 B decem



decem dies non contradixerint, & ita eandem assensu suo sive expresso sive tacito confirmaverint, tunc actio in factum & exceptio pacti competit, veluti ex sententia iudicis, ut scilicet ad similitudinem iudicati sententia arbitri recte executioni mandetur. *l. 5. C. d. r. Bach. ad ap. p. 1275. n. 3. in fin. Frantz. in ff. de recept. arbit. nu. 30. Perez. in C. d. r. n. 11.* Sed an ab ipso arbitro querunt Dd. Pro Negativa respondet *l. 15. de re iud.* habet enim simplicem notionem voluntate privatorum tributam, quorum consensus non tribuit jurisdictionem. *l. 3. C. de iurisdic. omn. iud. Schneidev. Somnium l. de Action. n. 28. Gilhauf. arbor. iud. cap. 1. part. 3. §. 1. n. 4. Modest. Pistor. illustr. quest. 70. n. 1.* potestas igitur illa pertinet ad ordinarium. *Vmm. d. l. n. 3. Perez. in C. d. l. n. 17. Bald. in l. 18. C. de iudic. & ita iudicatum esse in causa F. S. Schultheiß vnd Gemein contra Schultheiß vnd Gemein in J. refert Rulant Votor. Cameral. ad process. execut. Alinii. clas. 2. vot. 4.* Aliter tamen dicendum videtur de arbitris statutariis, quibus ex statutis lites certarum personarum committuntur. *Vmm. d. l. Gilhauf. d. l. n. 4.* rationem tradit Bart. quem sequuntur recentiores in *l. fin. C. de iud.* quia huiusmodi arbitri ordinariis iudicibus comparantur, unde ex eorum sententia statutorum autoritate prolata oritur actio, transitq; in rem iudicatum. *Bald. in l. 1. col. 2. C. de peric. & commod. rei vend. Alin. de execut. §. 3. c. 148. n. 67.*

4. Secundo, dummodo sit iudex competens. *arg. l. 75. in pr. de iudic. l. fin. de Icton. l. 4. §. 6. de re iud. l. fin. & t. r. C. si a non compet. iud.* cum enim iudex sit basis atque fundamentum iudicii, *Gail. 2. O. 42. num. 9. & 10. Reinking. de regim. secul. l. 2. clas. 2. cap. 13. n. 8.* ante omnia, ne iudicium reddatur retro nullum atque elusorium, de eius maiestate atque competentia dispiciendum: Nam coram iudice incompetente litigare, est litigare coram homine privato, qui iudicandi facultatem non habet. *l. 3. de offic. presid. l. 1. de offic. procons. Bart. in l. 3. C. de pign. n. 26.* Quae competentia aestimatur vel ex iure communi, vel iure singulari. Ex iure communi r. ratione PERSONAE, si victus subiectus sit iurisdictioni iudicis, *d. l. 3. s. immediate,* is ipse sententiam exequitur, etiam ad simplicem partis petitionem. *Fridet. de proces. l. 2. c. 65. n. 5.* dando victori literas executoriales, quibus victo mandat, ut iudicata faciat, debita solvat, domum, agros, restituat. *Nobilis. Dn. D. Tabor. d. l. §. 2. Fridet. d. l. in pr.* si vero mediate subiectus fuerit, mandatum executoriale decernit ad eum iudicem

sub

177.
sub quo victus bona possidet & domicilium habet, cui si paritum non fuerit, aliud mandatum sub pœna pecuniaria conceditur: Et si ne huic quidem obtemperet, ad pœnam mandato executoriali insertam proceditur, & arctius mandatum sub pœna banni decernitur, victusque si obstinatè sit contumax, ob contumaciam in ban- num declaratur. Gail. l. O. 113. nu. 13. & seqq. & 2. de PP. 17. n. 23. & 24. Myns. 6. O. 24. Rulant. de Implorat. brach. secul. 65. n. 43. Venit hoc loco decidenda quæstio, si victus à sententia lata appellaverit, quis iudex competens dicatur, quisve sententiam exequat? Distin- ctionis remedio huic difficultati subvenit Dn. D. Tabor. d. l. §. 1. ita ut iudex ad quem appellatur hoc faciat, sive sententiam priorem infirmaverit. Col. d. tr. part. 2. cap. 1. n. 110. juxta supra rraditam re- gulam, qua sententiam jubetur exequi, qui eam tulit. Myns. 3. O. 68. pr. sive expressè confirmaverit. l. 32. §. 2. in fin. C. de appellat. nam ex confirmante, non ex confirmata agetur sententia. *auth. si quis litigan- tium. C. de Episcop. audient. argument. l. 29. C. de appell.* ita ut execu- toriales literas contra victum decernat. Gail. l. O. 113. n. 13. Nisi fortè ab interlocutoria appellatum fuisset, & iudex appellationis eam confirmasset, quia tunc ad primum iudicem cujus officium non- dum finitum est, reditur. c. 30. ext. de appellat. Speculat. de exec. sentent. §. 2. n. 11. Si verò tacitè sententiam priorem confirmet, nimirum si pronunciet appellationem vel privilegii cujusdam vigore non de- volutam, vel desertam, vel appellationem nullam atque invalidam esse, tunc quia ex prima sententia agitur, prior iudex requiritur. l. fin. §. 4. C. de tempor. appell. Myns. 4. O. 94. Vmm. d. l. n. 4. Zas. in l. 15. §. 1. de re iud. n. 7. Althus. diceol. l. 3. c. 48. nu. 38. Perez. in C. de appell. n. 42. Stylus fori Saxonici diversum observat, ubi iudex appellationis, si reformet & infirmet priorem sententiam, ipse eam exequitur, si ve- rò confirmet, iudici priori exequendam remittit. Col. d. l. nu. 117. Berlich. pract. conclus. 1. concl. 79. n. 11. Deinde competentia iudicis æstimatur ratione LOCI, si intra territorium jurisdictioni suæ subjectum sententiam exequa- tur. Jurisdictio enim inhaeret personæ in territorio duntaxat exi- stenti, & extra illud habetur pro privata. l. 2. de offic. pras. l. 4. §. fin. de offic. procons. & idè extra territorium jus dicenti impunè non pare- tur. l. fin. de Icton. c. 2. in fin. de constit. in 6. cum nec planeta extra orbem suum regnet. Dubio igitur caret, jus paratæ executionis
B 2 exer-

exerceri posse, ubi quis habet domicilium, hoc est, ut describitur
in l. 7. C. de incol. ubi larem rerumque suarum ac fortunatum funda-
mam constituit, unde non sit discessurus, si nihil avocet, unde cum
profectus est, peregrinari videtur, quo si rediit, peregrinari jam de-
stitit: utpote per quod subditus fit. Col. id. r. part. 2. cap. 1. num. 29.
Schvvanem. decis. 10. n. 32. & 36. Vult. de Feud. l. 1. c. 8. n. 55. Licet au-
tem de jure nostro civili domicilium illud quod naturale seu ori-
ginis vocant, per d. l. 7. & l. 1. ad Municip. sit immutabile, ut quocun-
que originarius se transferat, in patria civis maneat. l. 4. C. ad Mun-
cip. l. 6. ff. eod. Boët. decis. 260. nec ejus renunciatio quicquam
operetur. Math. Stephan. de Ictio. l. 1. cap. 28. n. 55. De generali ta-
men Germaniæ consuetudine hæc mutata sunt, ut domicilium
aliud transferens civis esse desinat, tam ad munera, quam jurisdic-
tionem Gail. 2. O. 36. n. 7. & seqq. Vult. ad l. 2. C. de Ictio. n. 8. Coler. d. l.
n. 21. Warmf. iur. publ. exerc. 4. quæst. 11. & conventus, fori præscri-
ptione se tueri, & ad judicis sui ordinarii judicium revocare possit.
Zanger. de except. p. 2. cap. 1. n. 28. Frantzki in ff. de iudic. n. 11. & seqq.
Per accidens verò quis jurisdictioni alicujus subicitur quatuor
potissimum modis. v. fin. extr. de for. compet. n. per sitam rei petita;
in qua executio fieri debet, cum illic commodissime judicium ex-
tum consequi possit. l. ult. & l. 1. C. ubi in rem act. Quid ergo si res
in alieno territorio sita sit? Ne sententia justè lata reddatur ob ju-
risdictionis in exequendo defectum elusoria, atque ita juris ex-
cutio contra l. 75. de iudic. frustratur, ad petitionem victoris literas
rogatorias seu juris subsidiales, (ita dictas quia apponi solent
verba, in iuris subsidium requirimus & rogamus) quas mutui com-
passus vocant Bittbrieff / in Camera Hülffbrieff / magistratus loci
decernit ad illum Magistratum, sub quo res sita est, pro executione
facienda, fac. l. 15. §. 1. de re jud. O. C. p. 3. tit. 49. Dn. D. Tabon d. 52.
Gail. d. O. 113. n. 16. Myns. 3. O. 63. Ad quas iudex requisitus senten-
tiam in bonis quæ suæ jurisdictioni subjecta sunt, exequi debet. l. 1.
§. 3. de iudic. c. 1. vers. contrahentes. de for. compet. c. 6. atque enim
jurisdictio per aliam adjuvanda est. c. 1. extr. de offic. iud. ordin. Rus-
land de invocac. brach. secul. c. 5. n. 10. Perez in C. h. r. n. 5. Frider. 2. de pro-
cess. cap. 65. n. 3. Althuf. de incol. d. l. n. 32. Et ni fecerit actio in factum
ad interesse conveniri potest per partem læsam. Novell. 86. cap. 1. Zaf. q.
in d. l. 15. §. 1. num. 3. Carpzov. jurispr. Rom. p. 1. const. 2. de f. q. ubi præ-
judicium

112

indivium defert in causa Math. Spenglers zu Hochst. Mens. Aug. 1771
 & 672. mltaque utilitas publica exigit, ut facilius & expeditius res
 iudicatae executioni mandetur. An vero iudex ille sub cuius iu-
 risdictione res sita sunt, legitimè exequi possit, etsi per literas re-
 quisitus non fuerit ab eo qui sententiam tulit, quæritur. Negativè
 post Cynum & Baldum respondent Rulant. Myns. Frider. *ad ill.*
Vinn. d. l. num. 6. Menoch. de adipisc. possess. remed. 4. n. 404. Nemo
 enim de alieno processu, nisi requisitus, se intromittere potest ac
 debet: cum alias iudex suum officium nisi postulatum, regulariter
 non impertiat. *l. 4. §. 8. de damn. infect. 2. per modum contractus.*
l. 19. in pr. §. 1. l. 45. de iudic. l. 3. de reb. aut. h. iud. pos. quia tacitè id
 actum censetur, ut ubi contractum est, ibi solvatur, & nisi solva-
 tur, executio procedat. *arg. l. 36. §. fin. de iudic. l. 16. de solution.* adeo-
 que in illo loco debitor necessariò comparere tenetur, nisi malit,
 ut actor in sua bona mittatur, & possidere jubeatur, vel ab alio iu-
 dice (postquam, ut modo dixi, usu receptum est, ut iurisdictiones
 sibi invicem subsidiarias præstent operas. *l. 8. C. de Episcop. audiens.*
cap. 2. c. 1. q. 5. 1. si in loco contractus bona non habeat, c. 1. vers. con-
trahentis. de for. compet. in 6. vel à iudice contractus, si ibi bona ha-
beat. d. l. 12. §. 1. utpote si forsan ibi habeat aliquam tabernam, vel
officinam, uti mercatores hodie plerumque habere solent. d. l. 19.
§. 2. Col. 2. part. cap. 1. n. 46. Frantzk. d. l. n. 38. Gilhaus. arbor. iudic. de
process. execut. §. 12. Nisi convenierit alibi solutionem fieri, quo ca-
 su ubi solvenda est pecunia ibi exigi potest, non ubi contractus
 fuerit celebratus. *l. 21. de O. & A. Gudel. de iur. Noviss. l. 4. cap. 2. vers.*
secundo forum competens. Reliquos modos forum sortiendi hîc at-
 tingere non libet. *¶ Tertiò estimatur ratione causæ, ut in causis ad forum*
suum pertinentibus iudex sententiam ferat, eamque ad effectum
perducat, c. 1. C. si à non competent. iudic. causas intelligo tam Eccle-
siasticas quàm seculares, sive leges civiles. l. 2. in pr. de in ius voc. l. 14.
l. 33. in princ. l. 37. §. fin. C. de Episcop. & Cleric. sive ius divinum confi-
deres, Matth. 17. v. 24. & cap. 22. v. 21. Job 6. v. 15. Actor 25. v. 1. Rom. 13.
v. 1. Papa quidem partim nimia Imperatorum conniventia, par-
tim proprio ambitu principatum aliquem in temporalibus occu-
pate cepit, ut non tantum de Ecclesiasticis, sed etiam secularibus
iuribus dispensandi, ac disponendi facultatem sibi sumpserit.



112
 112
 112



Reinking. *de Reg. sec. lib. 1. clas. 2. c. 6. num. 24.* Omnia tamen contra
primi sacerdotii institutionem, quod in exhortatione pura & sin-
ceræ doctrinæ, & errorum confutatione consistere debebat. ad Tit.
1. v. 9. Covarr. *pract. quest. c. 31. n. 2. vers. contraria opinio.* Reink. *d. l.*
num. 22. ad quem finem respiciunt verba in apolog. Augustan. con-
fession. *tit. de potestate Ecclesiastica*, quod potestas Episcopalis confi-
stat in potestate ordinis & potestate jurisdictionis, hoc est, in Rei-
chung der Sacrament/ vnd Geistlichen Gerichtszwang. potestas qui-
dem ordinis, daß Evangelium zu predigen / Sacrament zu reichheit.
potestas vero jurisdictionis, Macht vnd Gewalt auß der Christlichen
Kirchen zu schliessen die jenigen so in öffentlichen Lasteren funden wer-
den/ vnd dieselbigen/ wann sie sich befehren wider annehmen/ vnd ihnen
die Absolution mitzuteilen. Quæ divini & indispensabilis juris
repegula clerici transilierunt, de facto se atque sua imperio Magi-
stratus politici subtrahentes, imitati servos fugitivos, qui per fu-
gam potestate dominicâ quadantenus liberati, libertatis speciem
præ se ferunt. l. 17. § 10. *de edilit. edict.* aded ut hodie clericorum cau-
sæ, sive civiles sint sive criminales, *auth. statuimus C. de Episcop. & Cle-
ric.* Constitut. Frider. 2. *in fin. lib. 2. feudal. incipit, in die qua §. item sta-
tuimus.* & crimen sive civile sit ut homicidium, adulterium, falsum
&c. sive Ecclesiasticum, ut hæresis, simonia &c. *auth. clericus quoque
C. d. t. ad audientiam episcopalem* sint referenda. Perez *in C. de Episc.
& Cler. n. 17.* Gudel. *d. tr. lib. 6. cap. 5.* Nec liceat clerico vel per mo-
dum reconventionis passivæ, vel per conventionem activam spon-
tè, quantum vis jurarit, jurisdictionem judicis laici prorogare. c. 12.
cap. 18. extr. de for. compet. Quæ tamen in judiciis non observari de-
bere rectè docet Farinac. *quest. criminali. §. num. 99.* Gail. 1. O. 36. n. 6.
Myns 2. O. 67. Authoritatis loco adduxisse sufficiat verba Rudol-
phi 2. Imperatoris, quæ refert Gilman *part. 2. tit. 4. supplic. 1. fol. m. 27.*
Diemeil dann auch durch diese Wege/ den Geistlichen gelegenheit gege-
ben würde/ allen weltlichen Ständen in sachen allda die Geistlichen per-
sonen Kläger weren/ die Obrigkeit zu entziehen/ wann ihnen solte zuge-
sehen werden/ daß sie in prophan sachen vnd temporalibus die Welt-
lichen Partheyen erfordern/ vnd mit dem Bahn gegen ihnen verfahren
möchten ic. Als gebieten wir von Röm. Keyf. macht/ daß die process
so vnordentlicher weise fürgenommen/ allerdings auffgehoben werden.
*Nec desunt exempla, ex quibus videre liceat, in Camera ad petiti-
onem*

mem partium in hoc casu mandata inhibitoria decreta esse: exempla quam plurima refert author *dub. Camer. in verb. mandata inhibitoria*, ut in causa præbendæ Werner zu Kamsfer contra officialem vnd deputaten des hohen Stiffes Strassburg den 22. Decemb. an. 81. & processus decernuntur in causa Wentsheim contra Ludolph. Nagel/ Thumbherm zu Münster wegen des Stiffes Münster vnd Stiffes Cölln officials gebtten nulliteten anno 84. & in causa Bischoff zu Speir vnd Apt zu Schwarzhach contra Baden. 18. Octobr. anno 85. ratione addita, daß man dem Pontifici in temporalibus in Germania kein jurisdiction geständig. & rem esse pessimi exempli, quæ in Germania spectet ad seditionem, vid. Rulant. *de invocat. brach. sec. c. 13. num. 3.* Documento hæc sint Magistratui politico, ut sibi, suoque juri vigilent, hæc turgida flaminum vela contrahant, & diu præmeditatum Monarchiam impediunt:

Ecclesiam regat ille suam, divinaque jura

Temperet; Imperium Nobis fascesque relinquat.

Uti Frideric. I. Imperat. apud Gunther. respondit. vid. Reinck. *d. 1. lib. 1. c. 2. cap. 4. n. 34.* Authoritatem, Majestatem, atque jurisdictionem hanc universalem, masculè quoque vindicarunt Divi Henrici, Friderici, Otthones, donec tandem transactione inter Fridericum III. & Nicolaum V. factâ, jurisdictionis hæc iterum finderetur Joach. Stephan. *de Iction. Ecclesiast. Otto Frising. lib. 7. Chron. cap. 14. & lib. 2. cap. 6. de gestis Friderici*, argumento plusquam manifesto, quod gladii potestatem, si quam habeant Episcopi, illam non ex mandato Evangelii & tanquam Episcopi, sed solum jure humano, à Regibus nimirum & Imperatoribus donatam habeant, verba sunt Augustanæ Confess. *artic. 28. vers. si quam habent Episcopi.* Pro qua hodie tanquam pro aris ac focis disputant pugnantque, variis pœnarum ac coërcitionum generibus adinventis, quibus eam conservant. *cap. 18. extr. de offic. jud. ord. cap. 2. de pen. in 6. c. 11. extr. de privil. & excessu. c. 20. extr. de v. s.* Huc refero remedium juri nostro civili planè ignotum, invocatio scilicet brachii secularis. Matth. Steph. *de Iction. cap. 14. p. 1. lib. 3.* quo clericos resistentes, & laicos inobedientes in gyrum rectæ obedientiæ retorquent. *cap. 19. & 20. c. 11. q. 1. c. 20. & 26. c. 23. q. 5. cap. 21. extr. de homicid.* Remedium in se quidem, ni fallor, utile, ut quos doctrina sacerdotum non emendat, hi metu gladii aliorumque

rumque suppliciorum a delictis & impietate absterreantur. c. 20.
& seqq. cau. 23. q. 5. Sed dum fastus flaminum gliscere cœpit, ambi-
tiosa illa ingenia eo impudentiæ processere, ut sibi persuaserint,
Reges ac Principes nostros, quos forsitan schachorum modo con-
templantur, mandata sua facere, ac sententiam sive justè, sive in-
justè prolatam, exequi teneri. Hinc scribere non verentur, quòd
Ecclesiasticus compellere possit secularem censuris ad exhiben-
dum sibi auxilium: at verò secularis compellere non possit Eccle-
siasticum, sed ab eo humiliter petere teneatur ad præstandum sibi
auxilium pro suæ sententiæ executione. Innocent. Panormitan.
in c. 1. extr. de offic. ordin. & Anchoran. in c. 1. d. 1. nu. 5. secularis, in-
quit, non habet examine processum Ecclesiastici: Ecclesiasticus
verò nunquam ad petitionem secularis excommunicabit, nisi ex
causa rationali, Rulant. de invoc. brach. sec. cap. 4. n. 16. Hic igitur
vinculo opus erat, quo regnandi libido constringeretur, ac velut
obice ac repagulo sisteretur, quòd paucis attingere jurabit. Pri-
mùm salutariter cautum est, quòd judici Ecclesiastico brachium
seculare tum demum implorare liceat, cum sua jurisdictione jam
usus fuerit, nec ullum superfit remedium, quò contra contuma-
cem utatur, utpote quòd tanquam remedium extraordinarium &
subsidiarium conceditur. c. 1. ibi. cum opus fuerit. cap. 14. ibi si necesse fue-
rit extr. de offic. ordin. c. 10. extr. de judic. c. 2. extr. de Maledict. c. 18. in fin.
extr. de excessib. prelator. Gail. 1. O. 115. n. 3. Frider. 2. de process. c. 6. in 5.
Vmm. d. 1. n. 6. Cevalos. in tr. de cognit. per viam violent. in caus. Eccle-
siast. quest. 93. n. 90. Nec enim alius querendus, si ipse iudex, qui
sententiam protulit, eam executione confirmare potest. Cavalcan.
de brach. reg. part. 4. n. 266. unde cum hoc requisitum non adesset
in causa Hildesheim contra Braunschweig Camera Imperialis ma-
nus auxiliatrices denegavit. Rulant. d. tr. c. 12. n. 7. Deinde iudex
secularis imploratus attendere debet, an Ecclesiasticus processit
judicialiter, aut extrajudicialiter. Si enim extrajudicialiter, iudex
requisitus non tenetur suum præstare auxilium. Dd. in d. cap. 1. Sin
verò judicialiter, competentia iudicis in ptimis est examinanda,
nam sententiam ab incompetente iudice Ecclesiastico latam, secu-
laris exequi non debet, quia quòd nullum est, executionem me-
retur nullam l. 4. §. 6. de re judic. Menoch. de retinend. possess. remed. 3.
n. 360. Rulant. d. tr. cap. 11. n. 14. Non igitur debet suum auxilium
imper-

impertiri Magistratus civilis pro executione sententiae latae in laicum super crimine merè profano, cum sit omninò nulla ex defectu jurisdictionis. Covarr. pract. quest. c. 21. num. 4. & c. 33. nu. 3. Si verò competens sit, iudex requisitus acta atque probata sibi ostendi petat, ut constet de iniustitiâ vel iustitiâ sententiae. fac. c. 9. extr. de sent. & re jud. nec enim est merus executor vel minister, ut sententiam vel iniquam exequi teneatur. c. 9. extr. de sent. & re jud. sed praetextu falsi instrumenti vel testium latam examinare, atq; in melius mutare potest. c. 20. extr. de rescript. maximè si causa non est merè Ecclesiastica, sed mixta, ita ut etiam secularis possit cognoscere de ea, prout hæc in considerationem venere in causa Braunschweig contra Episcopum Hildesheimensem, cum Pontifex omisso legitimo modo dandi executoriales cum censuris Ecclesiasticis, executionem tantum petisset, propter nullitatem executio fuit denegata. Rulant. del. n. 2. Gail. 1. Ouis, n. 4. Ex actis igitur iudici constabit, de sententiae ratione, quæ si in rem iudicatam transit, nec appellatione suspensa est, rectè demum executioni mandatur. c. 12. c. 2. q. 1. Rulant. de Commissar. part. 3. lib. 9. c. 19. n. 17. Et hæc requisita satis innuunt verba, quæ refert compilerator supplicat: Cameral. part. 2. l. 9. ubicunque deficit Ecclesiastica potestas, recurratur ad auxilium seculare, ut una jurisdictio per aliam adjuvetur, maximè quando constat de competentia seu jurisdictione iudicis ordinarii, & ipsum pro sententiae executione fecisse, quæ per Ecclesiasticas censuras facere potuit, & condemnatus nihilominus in sua contumacia persistat, brachium seculare omnium ultimum adeoque extremum remedium esse debet, ac per ostensionem ordinarii & plenissimi per iudicem Ecclesiasticum habiti processus contra partem contumacem in camera decerni debent. Plura qui de hac implorationis brachii secularis materiâ videre vult, adeat Frider. de process. 2. cap. 63. & Rulant. de implorat. brach. secular. Nos ad propositum revertimur. Si enim iudex, qui extra illam summam est in competens. Et competentiam iudicis ratione causæ æstimamus, ut, si eius jurisdictio ad certam summam limitata sit, eam iudicando & exequendo sequatur, argum. §. 4. l. de Attil. tut. iudex enim si de majori summa, quam iudicare iustus est, iudicat, in casum redditur iudicium. l. 1. §. 1. de Crion. Novell. 15. cap. 3. §. 2. Gilhaus. arb. civil. p. 200. §. 19. ut pote qui extra illam summam est in competens.

Bechi ad Tr. 7 2. d. 23. h. 3. d. 1. In aestimanda autem summa inspicienda
dam putamus id quod à parte petitur, non quod debetur. l. 29. §. 1.
de l. cion. Gail. l. O. 123. n. 3. Mynf. 5. O. 83. n. 3. Gilhauf. d. r. p. 30. a. 8.
n. 28. ut tamen diverse summae quarum singulatum quantitas in
fra jurisdictionem iudicantis est, ad fundandam jurisdictionem
conungi possint. l. 11. de l. cion. mod. o. ex una debeantur causa. arg.
l. 10. §. 1. de appellat. Ruginel. pract. quest. 42. n. 30. & seqq. add. Gail. &
Mynf. ad O. O. Et sic aliquando in causa appellationis in Camera
pronuntiatum fuit in causa Marien von Doenstein contra Dietrich
Griesen von Bols. Author. prejudic. Camer. verb. summa appellabilis.
De pensionibus vero an ex ad fundandam jurisdictionem iudicis
exequentis cum sorte principali cumulati possint, dubium est con
troversum. Existimarem cumulationem admitti non posse si privi
legium jurisdictionem exequentis ad certam summam limitatis
tantum loquatur de sorte, das die Hauptsumma tantum vel tan
cum non excedat: sin vero in genere tantum de summa loquatur
cumulationem admitterem, arg. h. fin. §. fin. O. de appellat. Et hoc de com
petentia iudicis exequentis aestimata ex iure communi. C. 11. §. 1. n. 19.
9. Dicendum nunc paucis de iudice competente de iure
singulari, quem, habita the matis ratione, considerabim
mus tantum ratione rei conventi, qui vel est persona publica vel
persona privata, sicuti studiosi ex auth. habita C. ne filij pro partu sum
habent iudicem, à quo contra illos maxime in causa civili execu
tio petenda est. Coler. in c. olim. 7. extr. de except. nu. 29. V. ad d. disprad
nu. 65. Persona publica sunt status Imperii, qui in privilegiatis suis
instantiis, quas Austregas des. D. Reichs Austräge vöcang, rathum
conveniri possunt, da des. D. Reichs Stände entstehende Bewegung
Zanck und Zeitung unter ihnen selbst, so viel möglich sollen bengelegt wer
den. O. C. p. 2. tit. 2. 3. 4. §. qui cum dispares sint ordine, aliter atque
aliter hoc Austregarum privilegio fruuntur. Principes & Principi
pali dignitate illustres gaudent hoc primarum instantiarum privi
legio sive à partu dignitatis gradu constitutis conveniantur, sive
à Comitibus, Baronibus, &c. sive ab iis qui mediate imperio sub
jecti, ordinarium suum Magistratum habent. Ab iis, qui partibus
honorum titulis præfulgent, conventi, tenentur quatuor ex divers
sis familiis oriundos principes partim Ecclesiasticos, partim secul
lares intra quatuor proximas à litis denunciatione septimanas no
minare.

minime, ut ex his actor unum intra quatuordecim a facta nominatione
 hebdomadas pro iudice eligat, electum de lite suscipienda ac ter-
 mino, praefigendo uterque quatuordecim ab hinc diebus requirere
 debet. Quibus flagitationibus electus iudex locum relinquere
 tenetur, die ac loco designato, ubi consiliarii ipsius neutri parti
 suspecti, observato ordinario juris processu causam component.
 Quod si vero, requisitus princeps in tempore constituto nominare
 cessaverit, causa ad Cameram per viam protraxit iustitiae devolvit
 tit. O. C. p. 2. c. 12. Denais. tit. de iur. Camer. 156. Vmm. dis. 4. num. 42.
 Mind. 1. de process. cap. 16. n. 2. Gilhaus. vrb. iud. part. 1. cap. 11. n. 43. Ab
 inferioris ordinis statu, nimirum Praelato, Comite &c. vel a me-
 diate Imperio subiecto conventi principes etiam utuntur primis
 instantiis. v. O. C. p. 2. c. 4. ubi octo numerabis modos, ex quibus
 actor pro suo arbitrio unum eligere potest, quem etiam conventus
 princeps suscipere tenetur. conf. Mind. d. l. cap. 17. An autem locus
 sit beneficio Austregarum, si extraneus, qui non sit Imperii Romani
 civis, Principem Imperii convenire velit, tractat Gilhaus. d. l. n. 4.
 in fin. Praelati, Comites, Barones, ac Nobiles immediate Imperio
 subiecti hoc quoque jus habent, O. C. p. 2. c. 3. qui si conveniun-
 tur a viris Principibus, duplici via hoc primarum instantiarum pri-
 vilegium haberi possunt, juxta modum d. O. C. p. 2. c. 4. praescriptum. Si
 vero a ceteris contra illos instituitur ab aliis ejusdem ordinis personis,
 actori iterum duplex praescripta via est, quatum unam eligere de-
 betur. O. C. v. l. tit. 5. At conventi a civitatibus Imperialibus, vel
 aliis immediate Imperio subiectis, tutius videtur hoc beneficium
 illis denegare Vmm. d. l. th. 9. num. 47. Alchus. dicaol. lib. 3. c. 3. n. 8. 9.
 Ostermah. in synagm. tur. publ. de Cam. Imper. praedicta Cameralia
 extant in causa Winstheim civitatis Imperialis contra Comitem ab
 Hohelohel anno 1562. 15. Octobr. Mind. d. l. c. 18. n. 3. & in causa
 Mülhausen contra Knorren. 12. Jan. anno 1579. author decis. Camer.
 verb. Austrag. in pr. Civitates Imperiales licet extra controversiam
 status Imperii sint, hoc tamen Austregarum beneficium illis non
 competit, sed eam in prima instantia, sive ab immediatis, sive a
 mediate Imperio subiectis conveniantur, eorumque iudex ordina-
 rius est, uti decisum est in causa Sachsen-Lauenburg contra Lübeck.
 Limn. de iur. pub. l. 9. cap. 5. n. 18. nisi ex privilegio, vel longissimi
 temporis praescriptione singulares iudices habeant, ut Argentinas



10

175111

C 2

Memmin-



Mentinga, Ellinga, Norimbergae & alie: Reinkingade reg. fin. l. 1.
ch. 2. art. 12. Vmbr. d. l. n. 48. Althuf. d. l. n. 10. Gail. i. O. n. 20.
Welner. pract. observ. sub voce Ausfrag. Limn. d. l. n. 16. Et hi iudices
primarum instantiarum in controversiis decidendis minime pre-
teriri possunt, sed sententia ab illis petenda est, sicuti Imperator
praesidi des. Reichs. Hoffrath specialiter mandavit, ut Austregas scri-
be observaret. sub dato Pragae 1. Juli anno 1596. ibi. Die Keyser-
liche Maj. ködne neben ander nicht sehen warumb vnd zu was Ende
es gar vnd fürträglich sey das ohne sonder nothdurfft vnd vrsachen die
in Reichsabschreiden vnd Ordnungen begriffen in instancia überschritten
vnd sampt dem Cammergericht lab factum werden. hingegen ihred
Majest. vnd dero Keyserlichen Regierung schwere Behelligung auff-
trachsen möchten. *U. 1. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.*
Uo autem hac accommodemus, quaestio gravissima hic
venit decidenda. An praedicti primarum instantiarum iudices, si
partes eorum sententiis acquiescant, sententiam prolatam exequi
valeant? Pro negativa respondent Gail. i. O. n. 52. Mind. de processu
l. 19. num. 1. Reinking. d. l. Vmbr. d. l. n. 55. Althuf. d. l. n. 38. & Dde
communiter. Sed pro affirmativa sequentes ni fallor, fortiter pu-
gnabunt rationes. Certissimi enim juris est, quod qui habet mo-
re majorum, & a lege delatam jurisdictionem, ille sententiam vi
jurisdictionis suae prolatam exequi possit, l. 7. junct. l. 2. de Ictio. ju-
dicibus autem hisce Austregarum hujusmodi jurisdictionem com-
petere facile demonstrabo. Nam propriis membri confirmatio-
ne apte faciunt verba Gilhaus. in arb. judic. par. 1. pag. 52. Hodie
ait, controversiae coram successore principis qui eam non decidit
vel officium suum deposuit, si litigantes in eum consentiant, conti-
nuari solent. Et hoc saepissime fieri attestatur Valtin in l. 1. C. ubi
senat. vel Clariss. num. 33. Posterius membrum fundatum est in Re-
cess. Imper. August. anno 1548. §. Nach dem sich auch ibi. So ha-
ben Churfürsten Fürsten vnd Fürstenmessige außbilligen mitleidens-
sich ihret Ausfrag in den alten Cammergerichts vnd Reichsordnun-
gen vermeldet, welcher massen begeben vns zum vnderthänigsten gefal-
len. Quae verba non specialiter concessam, sed lege publica Im-
perii datam jurisdictionem arguunt. Etposito non tamen in ve-
ritatis praedictum concessio, hanc Austregarum jurisdictionem
esse specialiter delatam & delegatam, uti dissentientes ad quum
zumum. omnes

omnes statunt, iniqua quae tamen exiit illarum potestatem
 circa executionem negare firmiter poteris. Nonne delegatus Pa-
 pa suam exequitur sententiam? cap. 3. 27. & ult. de offic. iudic. Non-
 ne delegatus Principis suam sententiam exequendo tueretur l. 5. C.
 de iudic. l. unica Cod. qui pro sua l. Crion. procul dubio autem hi iudices
 cum delegato principis comparari possunt. Schvvanne. observat.
 Camer. 25. n. 49. & observ. 114. n. 5. Et cui bono haec ab Austregis lata
 sententia, nisi ab illis ipsis executioni mandetur? Camera enim
 antequam mandata executoria decernat, prius causam cognos-
 cit atque processum. O. C. p. 3. t. 48. ibique Magenhors. tot igitur
 sumptus ac impensa cum temporis iactura frustra impenderentur,
 contra rationem inductivam Austregarum, quae sine dubio fuit, ut
 ed citius terminarentur negotia. V. O. C. p. 2. tit. 8. in princ. ibi. 311
 schleinigem Ausrtrag. utq. camera tot non oneraretur causis. Limn. d.
 An. 73. Et siuge casum, Statum Imperii homicidium commisisse,
 aut enim hoc delictum manebit impunitum, quippe cum Came-
 ra iurisdicchio non sit fundata in criminalibus. O. C. p. 2. t. 28. §. item
 nach dem auch. p. 2. n. 10. §. fin. Recess. Imp. anno 1530. §. item als 1689
 euliche zeit. Gail. 1. D. n. 227. Wurmb. tit. 24. obser. 18. Schvvanne.
 observ. Camer. 25. num. 46. Zang. de except. p. 1. c. 1. num. 66. aut neces-
 sario hos primatum instantiarum iudices etiam executores nomi-
 naveris. Imperatorem enim tum demum in hisce causis, si status
 Imperii in proprio territorio homicidium commisit, iudicem esse
 posse, id. communiter statuunt, argum. Recess. Imp. anno 1594. §.
 Wann aber vom Rulant. de commiss. p. 1. l. 2. c. 3. n. 6. Myler. ad diff. Ru-
 mel. ad aur. Bull. p. m. 333. lit. C. Atque hanc sententiam optimè con-
 firmant verba Nobiliss. Celebratiss. Hassia l. Cr. qui solus omnium mihi
 vice est Regner. Sixtini in tr. de Regal. l. n. cap. 8. n. 62. ubi, cum primis,
 in fit, de regalibus ha privilegiati iudices der Ausrtrag pro ordinariis
 habendi sunt, & de iis rectè cognoscunt, si ea sint merè allodialia,
 nec per privilegium Caesareum acquisita, puta si quis ex legitima
 praescriptione vel consuetudine unum vel plura regalia habeat.
 Quae ad §. Und so das Urtheil. O. C. p. 2. t. 8. qui contrarium decidere
 videtur, dicenda sunt, in ipso discursu datâ occasione exponemus.
 An vero princeps in principem capitis supplicium constituere pos-
 sit. vid. apud Dieter. de summi summi Imper. potest. concl. 261. Norderman.
 de iur. principat. d. 49. B. Et tantum de causa efficiente principali.



Handwritten marginal notes in a cursive script, including the number '116' and other illegible characters.



11. Minus principalis est, vel impulsiva vel instrumentalis.
Impulsiva a parte rei est contumacia. l. 9. C. de bon. arabi. jud. poss. ad
parte agentis est petitio. arg. l. 4. §. 8. de damn. infect. Quemadmo-
dum enim ex principiis juris constat, iudicem in iis quæ respiciunt
utilitatem privatam officium suum non petentibus non impetiri.
d. l. 4. §. 8. l. 1. §. 6. de Magistr. conveniend. gloss. in c. fin. extr. de rescript.
Alin. de exec. §. 3. c. 1. ita etiam tum demum iudex executionem de-
cernit, si illa contra contumacem petatur, & quidem legitimo mo-
do. l. 9. C. h. t. Præcipuus autem & maxime usitatus modus est, qui
fit per implorationem nobilis officii iudicis. Wesemb. in par. de re
jud. n. 9. Gail. l. 0. 113. n. 9. Rosbach. de process. tit. 79. n. 13. utpote pa-
ratam mox habens executionem, quam iudex denegare non po-
test, non obstantibus exceptionibus quæ altiorem requirunt in-
dagationem l. 3. §. 13. ff. ad exhibend. nec de novo libellum aut litis con-
testationem requirens. Gail. d. l. Petr. Termin. in process. suo. cap. 55.
Zanger. de except. p. 1. c. 1. n. 60. Vinn. d. l. 9. 3. num. 18. Althus. d. l. n. 31.
Interim tamen iudex diligenter observet, an etiam pars in proces-
su executivo ita sit fundata, ut commodè præceptum decerni queat.
Mindan. d. tr. l. 2. c. 58. n. 4. Formulam huius petitionis super impe-
trandâ executione tradit Berlich. concl. 81. n. 5. Deinde prodita est
actio iudicati, qua persequimur id quod ex iudicato nobis est præ-
standum l. 6. §. 3. de re jud. l. 5. C. de recept. arbitr. l. 8. Cod. de reb. credit.
quæ habet processum expeditum & facilem. Bach. ad Wes. de re. jud.
num. 9. ut non mirum videri debeat, post absolutum semel iudicium
actionem adhuc superesse, quasi ex lite lis oriatur, nullusque futu-
rus sit litigandi finis. arg. l. 3. C. de fruct. & lit. expens. Nam in hac
iudicati actione non idem quaeritur quod in priori actione, sed
tantum an iudicatum sit. l. 56. de re jud. cuius probatio parata & fa-
cilima est ex actis, & hoc probato res confestim mandatur execu-
tioni l. 40. in pr. de minor. Neque attenditur amplius natura & ori-
go prioris actionis, sed iudicati obligatio spectatur. l. 3. §. 11. de pe-
cul. Quare tametsi prior actio ex delicto, pœnalis, & tempo-
raria fuerit, tamen actio iudicati, quæ eam sequitur, est ex quasi
contractu, rei persecutoria & perpetua. arg. d. §. 11. l. 6. §. 3. de re jud.
gloss. in d. l. 6. §. 3. C. A. d. l. n. 85. Bachov. ad Tr. v. 2. d. 23. th. 5. lit. F. G.
Cœdd. v. 3. disp. 6. th. 9. Cæterum instituenda est hæc actio contra
ipsum reum, non verò contra ipsius procuratorem. l. 4. in pr. de re
judic.

cum iniquum foret eum teneri, qui non litigavit nomine suo, sed ex mandato alterius in iudicio fuit: nisi procurator in rem suam datus sit, aut liti se obtulerit d. l. 4. l. 61. de procurat. l. 46. de minor. Bachov. ad ap. p. m. 834. Gædd. d. l. Petez. in C. de re iud. n. 7. 8. Plura de hac iudicati actione contra quem datur vel non, quid in hac actionem veniat, quidque non veniat accurate habentur in C. A. d. l. Anxie vero hactenus inter Dd. disceptatum fuit, an in hac actione opus sit novi libelli oblatione, & ordinaria iuris via? Affirmativam sententiam suadet quod generaliter constitutum, ut qua quis actione agere velit, eam prius edere, & libello complecti debeat. l. i. ff. de edend. auct. auferat. C. de lit. contest. Tum quoque sunt nonnulla hujus actionis propria, quæ cum in prius iudicium non fuerint deducta, nova petitione atque ad iudicationem opus habent, cujusmodi sunt usurarum censuræ post tempus iudicatis datum currentes. l. fin. C. de usur. rei iud. C. A. d. l. n. 83. In Camera indistinctè de simplici & plano absque huius contestatione & libello proceditur: nisi tertius ratione sui interelle ad ingrediendam executionem se opponat, tunc enim libellus admittitur Gail. l. o. n. 9. & seq. Mind. d. r. 2. c. 58. num. 3. Quod & alias in praxi communiter observari tradunt Zaf. in l. 7. n. 10. de re iud. v. m. d. l. n. 19. Speculat. de execut. sent. §. 5. n. 3. Facile igitur cuius colligere licet magnam subesse differentiam, an in modum actionis, an per implorationem officii iudicis executio petatur, sicuti quam accuratissime hoc notatum a magno illo Icto Dn. Roland. in tr. de Commiss. p. 3. l. 9. c. 19. n. 38. & seqq. Quare actor pro executione impetranda officium iudicis implorans, cavere debet, ne aliquo modo verbis ad viam ordinariam spectantibus utatur, alias pro executiva ordinariam ingrederetur viam, quam enim elegit viam, ea patere debet l. 21. §. fin. quod met. caus. Dec. consil. 493. n. 28. verba ad viam ordinariam spectantia, damandi, condemnandi, & ad executivam, cogendi, compellendi tradit Bart. in l. 1. C. h. r. Passad. l. 2. c. fin. pare. §. 1. n. 18. Quod si causa minus principalis, impulsiva scilicet superest altera instrumentalis, quam constituit executor. l. 6. & 8. C. h. r. Wel. in l. de offi. iud. n. 17. qui post sententiam omni audita & discussa licet vigorem rei iudicatae ad effectum perducit d. l. 8. C. A. d. l. n. 96. Consideratur vel ut executor merus vel ut mixtus gloss. in cap. 28. vers. qui vero. de offi. deleg. Specul. de execut. sent. §. 2. n. 5. Illum dico,



X 10



dico, cui nudi facti executio committitur. *d. l. 8. l. 68. in pr. de R. V. c. 43. vers. ceterum. extr. de offic. deleg.* qui alio nomine officialis, Viator. *l. 5. §. 27. ut in possess. legat. apparitor vocatur. l. 50. de evict.* Hunc verò, qui cognitionem habet annexam. *l. 4. C. si contr. jus vel utilis. publ. l. 15. §. 4. de re jud.* qui tamen, ut clarius agam, iterum duplici modo considerari potest: vel enim executio committitur ante perfectam negotii cognitionem & discussionem, quo casu certum est, quod talis executor de quæstionibus, quæ in disceptationem cadere possunt, possit cognoscere, ut cum alicui mandatur beneficium conferri: admittuntur enim exceptiones contra rescriptum impetransem & executorem. *cap. 17. extr. de rescript.* aut cum mandatur ut rem restitui faciat, & causæ cognitio commissa censetur. *c. 5. extr. de offic. deleg. gloss. in d. c. 28. Menoch. de arbitr. jud. quæst. 38. n. 34. Dec. consil. 322. num. 2. Zas. in d. l. 15. §. 1. n. 5.* Vel executio mandatur post causæ cognitionem & sententiam latam, & iste executor cognoscit de rebus, in quibus exequenda est sententia. *d. l. 15. §. 2. & 4. t. 17. extr. de re jud.* Althus. *dicaol. d. 1. n. 36.* & de exceptionibus quæ quidem non directè sententiæ repugnant, sed eam temperant & remorantur, judicat, ut de exceptionibus competentis, transactionis, pacti de non petendo, solutionis post rem judicatam factæ, litis pendens, & aliis. *l. pen. de confess. Boët. dec. 43.* De aliis verò exceptionibus, quæ directè sententiæ adversantur & merita causæ respiciunt, ut exceptiones nullitatis, falforum instrumentorum, iudicis corrupti, & si quæ sunt similes, non cognoscit. *l. 75. de iudic. cap. 5. extr. de re jud.* ne iudex inferior vel æqualis alterius iudicis sententiam impugnare videatur *contra l. 4. de recept. arbit. Gail. l. O. 113. n. 78. Myns. 3. O. 69. Perez. in C. h. t. n. 4.* Si tamen ejusmodi exceptiones dolosè objectas videat, eas non curabit, nec executionem retardabit, per regulam generalem *in l. 2. C. ad L. Corn. de fals. Zas. d. n. 5. Asin de execut. §. 3. cap. 19. num. 3. Lancelot. de attentat. p. 2. c. 17. n. 123.* Prædictâ vero distinctione quàm plurimæ quæstiones, quas Dd. hic accumulunt, facile deciduntur, Nimirum: *an executor possit cognoscere super exceptionibus contra executionem objectis? De qua quæstione quid dicendum esset, ex dictâ distinctione patet. An executor datus de incidenti quæstione possit cognoscere? Cuius enim constabit, non de executeore mero, sed mixto nos loqui, quo posito affirmativè respondemus per d. l. 15. §. 4. de re iud. ne aliàs executor*

tutor tertio contradicitori injuriam facere videatur, qui non ita
 facile ad judicem, qui sententiam tulit, accedere potest. Covarr.
 pract. quest. 16. num. 5. Licet illa cognitio nec jus aliquod, nec præ-
 judicium faciat ordinariè agere volenti d. 5. 4. sicuti alias commu-
 niter interlocutoria negotium non finit nec determinat. l. 9. C. de
 sentent. & interlocut. qualis est hæc executoris sententia, qui sum-
 matim & quasi contracto velo rem cognoscit d. 5. 4. Zal. d. l. Ceva-
 los. tr. de cognit. per viam violent. p. 2. quest. 16. n. 45. An possit recusari?
 Negat hoc cap. 43. extr. de appellat. additâ ratione, cum non proprio
 motu, sed judicis executionem mandantis præcepto ad executio-
 nem procedat. Accedit quod executor non tam sit nova persona,
 quàm juris interpretatione eadem cum eo, qui executionem
 mandavit, cujus factum potius esse intelligitur, quàm exequentis:
 hinc executio conformanda ad sententiam prioris judicis l. 9. §. fin.
 de except. rei judic. nec plus in executionem deducitur, quàm in
 sententia continetur Gail. 1. O. 116. n. 1. Quæ ratio procul dubio
 facit, quod quis etiam in propria causa per decretum judicis rectè
 constituatur executor, Colet. p. 1. 67. n. 14. An ab executeore appella-
 re liceat? Si executorem intelligis, qui nondum re judicata datur,
 verissimum puto tibi ab illo appellare licere, cum etiam judicis
 partes hic sustineat. argu. l. 6. C. h. d. à quo appellare licet. Tr. v. 2.
 d. 37. d. 11. B. Sin vero de illo qui jam re judicata datur quæris, ab il-
 lo appellare licere nego. l. 4. in pr. de appellat. l. 5. C. quor. appell. non re-
 cip. c. 43. extr. de appell. quæ leges cum generaliter sine distinctione
 loquantur, non est, cur eas restringamus, cum alias futurum esset,
 ut ex re judicata via fieret ordinaria, & res judicata non amplius
 reparatam haberet executionem, contra receptam omnium Dd. sen-
 tentiam ex l. 1. C. h. t. c. 156. de re jud. & finis negotii alterius causæ
 fieret exordium l. 31. in fin. C. de reb. cred. Bachoy. ad Tr. v. 2. d. 23. d. 4.
 H. atque ita judicatum est in Camera, in causa F. contra Ducem de
 M. 13. Jan. anno 1497. Barth. in præjud. Camer. pag. 42. Unam ta-
 men admittimus exceptionem, si in exequendo executor modum
 excedat d. l. 5. C. quor. appell. d. c. 43. cap. 15. in fin. extr. de re iud. Perez.
 in C. de Appellat. in 9. l. 1. in d. l. 31. Quo casu dubitari posset: quis
 iudex ad eundem foret, an qui dedit executorem, an alius? de quo con-
 sultit Bart. in d. l. 4. de appellat. Lancellot. de attentat. p. 2. c. 12. limit.
 153. num. 29. Excessus iste itibus potissimum modis contingere po-
 test,

D test,



178. 211. 212. 213. 214. 215. 216. 217. 218. 219. 220. 221. 222. 223. 224. 225. 226. 227. 228. 229. 230. 231. 232. 233. 234. 235. 236. 237. 238. 239. 240. 241. 242. 243. 244. 245. 246. 247. 248. 249. 250. 251. 252. 253. 254. 255. 256. 257. 258. 259. 260. 261. 262. 263. 264. 265. 266. 267. 268. 269. 270. 271. 272. 273. 274. 275. 276. 277. 278. 279. 280. 281. 282. 283. 284. 285. 286. 287. 288. 289. 290. 291. 292. 293. 294. 295. 296. 297. 298. 299. 300.



test, ratione rei, si executor initium executionis faciat à pignoribus
soli, existentibus aliis rebus mobilibus *d. l. 15. §. 2. de re iud. C. A. d. l. n. 99.*
ratione temporis, & ratione exceptionū, quæ de jure potuissent ipsi
executioni opponi, & fuerunt rejectæ. Berous *cons. 32 n. 15.* Quapro-
pter ut appellatio recipiatur, expressè & specificè in quo excessum
fuit, debet exprimi, nec sufficit relationem fieri ad acta. *arg. l. 6 §. 3.*
C. de appellat. c. 1. de appellat. in 6. Myns. 3. O. 15. n. 2. Nec enim excelsus
iste præsumitur, nisi probetur *c. 16. in fin. de re iud.* Effectus con-
sistit in eo, ut pendente appellatione ab excessu executionis, ad
instantiam partis interea fructus sequestrari, & rei, de qua contro-
vertitur, possessio per judicem avocari debeat. *l. 5. C. quor. app. non
recip. Lancell. d. i. n. 30. Gail. 1. O. 174. n. 8. Perez. in C. quor. appell. non
recip. n. 7. cujus rei ratio redditur à Panorm. ad c. 2. extr. de sequestr.*
quod quando appellatur ab executore, præsumitur hoc malitiosè
factum, causæ scilicet morandæ executionis, saltem ad eum finem,
ut appellans medio tempore lucretur fructus. *arg. c. 6. vers. ne vero.
extr. de restit. in integr. l. 2. C. ad L. Corn. de fals.* Si igitur intra termi-
nos commissæ executionis maneat, quæ post appellationem fece-
rit executor, tanquam attentata revocari non debent. *c. 7. de appell.
in 6.* quia appellatio hoc casu est à jure prohibita. Est autem re-
gula generalis, in quibus casibus appellatio prohibetur, gesta post
appellationem, contra prohibitionem legis interpositam, non ve-
niunt tanquam attentata, nec ante omnia revocanda. *gloss. in d. c. 7.
verb. casibus. Lancell. d. l. limit. 53. n. 1. & seqq.* Ut tamen omnis frau-
dis vel doli mali absit suspicio, antequam ad executionem proce-
dat executor, mandatum vel commissionem in scriptis docere de-
bet, alias illi impunè resistitur *l. 5. C. de iur. fisc. Col. p. 2. c. 1. n. 2.* Quo
ostenso, sine mora exequitur sententiam, quam iudex secundum le-
ges, non quam secundum statuta & consuetudines sui loci pronun-
ciavit, quia statuta municipalia unius territorii alter iudex in exe-
quendo sequi non debet. *Bald. in l. unic. n. 47. C. de confess. sed potius
sui loci consuetudinem observabit. arg. l. 7. C. de exact. tribut. lib. no.
l. 2. C. quemadm. testam. aper.* A quâ assertionem etiam non alieni
sunt Canonistæ, unanimiter hîc differentiam statuentes, ut si iudex
Ecclesiasticus seculari, tanquam executori, sententiam exequen-
dam demandet, hic exequi teneatur, licet non secundum jus com-
mune, sed statutarium sit pronuntiatum: sed, ex quo fundamento,
mihi

179
mihi nondum liquet: ut forsan recte dixerim hanc fictam diffe-
rentiam in foro observari non debere, uti ex Rebuff. *de liter. roga-*
tor. tradit Rulant. de implor. brach. sec. c. 5. num. 25. 26. Denique oc-
currit hęc quęstio, *Veri iudicium, an qui sententiam tulit, an qui requis-*
tus, eam executioni dedit, sportula debeantur? Executor merus quas
sportulas mereatur, & qua actione conveniatur, si ampliorem sum-
mam exigat, expeditum est in §. 24. l. *de Action.* Quanquam hodie
plerumque per consuetudines terrarum aliter taxata sunt salaria
executorum, & si illam summam excedant, extraordinarię officio
iudicis puniuntur. ut tradunt *Dd. in d. §. 24.* prædictus autem §. ad
illos executores, qui instar iudicis, & fortę ex causa iudicati dati,
sententiam mandant executioni, accommodari non potest, cüm
sportulę, de quibus in d. §. 24. agitur, ante litem quoque contesta-
tam dari videantur, *Bachov. in d. §. 24.* Tum quoque regulariter
iudices sportulas non accipiunt. *Novell. 8. c. fin. §. scriptum est exem-*
plar. Novell. 82. c. 9. Novell. 134. cap. 1. vers. si vero. Umm. disput. 22. n. 20.
Perez. in C. de sportul. n. 6. sed gratis officium iudicandi & exequen-
di præstant. *Umm. d. l.* Quare ne quęstio proposita videatur ine-
pta, de consuetudine moribus passim introducta, quę cuivis iudici
pro negotii qualitate à litigantibus sportulas exigere permittit.
Umm. d. l. Perez. d. l. Schultz. in synops. Inst. d. §. 24. lit. 8. Schneidevv. in d.
§. n. 4. necessario est intelligenda. Quibus terminis positis pro ju-
dice ordinario qui sententiam tulit, respondendum putamus, per
639. extr. de rescript. qui enim sententiam exequitur, non facit ali-
quid novi, sed ille facere dicitur, qui mandavit. *l. 22. de manumiss.*
vind. quippe executor mandantis vice fungitur, & quicquid agit,
ex commissione agit, *Decius conf. 492. n. 3. & 4. Boër. dec. 5. n. 18. Ceva-*
los. d. q. 16. n. 54. ubi dicit se ita practicum vidisse.

13. Restat ut paucis hoc capite de Executionis fine agamus,
qui est vel primarius, vel secundarius. Primarius est, ut rei iudica-
tę satisfiat. *l. 3. & 8. C. h. t. & victor quod per sententiam ad iudica-*
tum est, verę consequatur. r. r. C. h. t. O. C. part. 3. tit. 48. Secunda-
rius finis est salus Reipublicę: Nam publicę interest sententias
latas executioni mandari; & Respublica rebus iudicatis contine-
tur, inquit *Cicero de LL.* Quemadmodum enim multitudo coale-
scere in unius populi corpus nullā re quā legibus potest. *Liv.*
lib. 1. ita quę semel coaluit, sine iis subsistere nunquam potest,
idem

quippe quæ pacem firmant, seditiones tollunt, bonos præmiis, malos penis afficiunt. Hinc nata communia axiomata: Legem esse animam & spiritum civitatis. Cicero. *pro Cluent.* esse vinculum Reipublicæ, ad frændas hominum cupiditates. *Idem de Legib.* Esse custodem vitæ nostræ, dum mala partim ne oriantur, impedit, partim quæ occulta sunt, insinuanterq; irreperunt, corrigit atq; evellit. *Imp. Leo. in proem. Nov. & alia.* Et facile astipulamur, dummodo sint, qui leges observent, & in vigore conservent, quantum enim est jus in civitate esse, nisi sint qui jura regere possint & exequantur. *l. 2. §. 13. de O. L. Mind. de process. c. 58. in pr.*

C A P U T III.

De Causis internis, & in specie, de materia in qua, seu subjecto.

Sic fuerunt causæ externæ, aggredior internas. Causa interna consistit in materia & forma: materiam considero vel subjectivam vel objectivam. Subjectum est vel recipiens vel occupans: illud sunt personæ contra quas executio petatur vel instituat: hoc verò, quæ executionem petere possint. *arg. l. 43. §. 1. de procurat. l. 1. §. 1. de testib. cap. 23. extr. de sponsal. forsitan operæ pretium erit, personas, quibus speciatim hoc jus concessum legimus, hic recensere. Quanquam, propositi mei memor, omnes personas quæ executionem petere possint, in medium adducere non præsumam. Primum locum obtinent creditores, quorum debitum est liquidum, *arg. l. fin. §. 1. C. de compensat. pro debito enim illiquido, neque captura personæ, neque rerum, neque alia quæcunque executio permittitur. l. 9. C. de bon. auth. jud. possess. Coler. p. 3. c. 1. num. 2.* Liquidum autem dicitur debitum, cujus causa, ex qua quis alterum sibi debere contendit, liquida est, & aperto jure nititur: hoc est, cujus causa & justa est & vera. Justa debendi causa examinanda est ex jure, puta si quid debeatur ex causa contractus jure approbati. *l. 31. in pr. de A. R. D.* Si constat de justitiâ causæ, inquiritur in veritatem ejusdem, quæ elicitur vel ex re judicata.*

data l. 207. de regi. l. non suspensa vel infirmata sententiâ à conde-
 mato, vel à lege. arg. rit. de appellat. & rit. de restit. in integr. vel ex
 confessione adversarii propria, quâ certior & fortior probatio nul-
 la est. l. unic. C. l. n. ff. de confess. l. fin. C. quib. ad libert. proclam. non lic.
 & quæ judicato comparatur. l. 4. C. de repud. hered. Althuf. diceol. d.
 l. n. 12. Farinac. de delict. quest. 81. nu. 4. vel ex probatione in conti-
 nenti facta per instrumenta paratam executionem habentia r. r. ff.
 & C. de fid. instrum. Novell. 44. 47. 73. c. 2. Hippol. Riminald. in §. 1. l.
 quib. alien. lio. n. 148. Jason. in l. 1. ff. de transaction. Non vero per te-
 stes, licet Dd. in diversas abeant sententias. v. Gail. 2. O. 44. n. 6. si-
 quidem instrumenta oblata judici tantam fidem contra reum fa-
 ciunt, ut etiam reus præsens contradicere non posse videatur: ma-
 nifestissima enim & indubitata est probatio, quæ ab instrum ento
 provenit. Decius in c. licet causam. notab. 13. extr. de prob. & probatio
 probata appellatur. Bald. in l. 3. in fin. C. de judic. Carpzov. Jurisprud.
 Rom. p. 2. cap. 43. def. 7. num. 3. quæ de testibus dici non possunt. fac.
 l. 13. C. de non. numer. pecun. ut merito actor hoc casu ad ordinarium
 processum, & legitimam causæ cognitionem debeat remitti. arg.
 l. 1. C. h. r. Coler. p. 3. cap. 1. n. 12. & seqq. Mandan. d. l. 2. c. 59. n. 3. Althuf.
 d. l. n. 16. Carp. p. 1. const. 3. def. 14. Sed illud quæritur: an ad plenam
 debiti liquidi probationem faciendam originalia instrumentorum documen-
 ta producere necesse sit, an verò exempla eorum exhibere sufficiat? Aptè ad
 hanc quæstionem respondet Mascard. de probat. conclus. 711. n. 14. &
 seqq. nec Pontificem maximum secundum potestatem ordinariam
 efficere posse, ut exemplar quicquam probet per c. 1. & ult. extr. de
 fid. instrumen. l. 2. ff. eod. copia enim instrumenti absque authentico
 producta suspicionem obreptionis parit. l. 29. ad L. Cornel. de fals.
 Myns. d. O. 73. n. 1. Utm. disput. 17. n. 39. Coler. d. c. 1. num. 47. & seqq.
 Althuf. diceol. l. 3. c. 44. n. 19. Mandan. d. c. 59. n. 4. Sich. in rubr. C. de
 fid. instrum. n. 4. Atque hæc ita regulariter procedunt, prout etiam
 hodie stylus Camerae observat. Mandan. d. l. curiosè autem hanc
 nostram propositionem limitationibus illustrarunt Myns. d. O. 73.
 74. & 75. Mascard. d. concl. n. 17. 18. 52. 61. & seqq. & ex his Althuf. d. l.
 n. 20. & seqq. quæ si observentur, exemplo fidem quoque tribuere
 & rationis & utilitatis erit, cum toties, tum in puncto supplicatio-
 nis ipsi judici, tum in puncto executionis ipsi debitori, ipsa origi-
 nalia recognoscenda exhibere, & ita sæpius, maximè si debitores

D 3 in sol-



Handwritten marginal notes in a cursive script, including the number '120' and other illegible characters.

in solvendo cessent, proferendo atterere, per quam tædiosum foret
ac periculosum.

3. Deinde executionem petere possunt fidejussores, qui
quovis modo creditori satisfecerunt. *arg. l. 9. §. 3. de pignor. act. sol-*
vendoque actiones in se transtulerunt. l. 13. de fidejuss. Neque nos
turbet salutare illud ordinis beneficium, quo contra rigidas credi-
torum exactiones se defendere possunt fidejussores. *auth. presente C.*
de fidejuss. Novell. 4. c. 1. respectu enim illorum casuum (quos colle-
git & accuratè deduxit Nobiliss. & Ampliss. Dn. D. Rebhan, *h. t. Deca-*
nus spectabilis, Fautor, Præceptor, ac hospes meus, debito observantia cultu-
etatem prosequendus in disput. de benef. fidejuss. c. 1. §. 18. & seqq.) quibus
optima ratione hocce privilegium ipsis denegatur, quibusve æquè
contra fidejussorem, ac contra principalem parata executio datur,
conf. Novell. 136. c. 1. sine dubio fidejussoribus, pro consequenda in-
demnitate contra debitorem executio iterum decernetur. arg. c. fin.
extr. de fidejuss. Bald. in l. fin. §. 1. n. 3. C. de usur. rei judis. Myns. 4. O. 69.
Boër. decis. 277, Perez. in C. de usur. rei jud. num. 4. nisi personæ mu-
tatae sint: eo namque casu prius contra primam personam iudex
adeundus est, deque causa summarie cognoscendum *Spec. de exec.*
sent. §. 5. Quæ sententia pragmaticâ sanctione Imp. Rudolphi se-
cundi in Marchionatu superioris Lusatiae anno 1582. 18. Maj. eo
extensa fuit, ut in debitorem jus paratae executionis competat, li-
cet fidejussor executivè conventus, nondum actualiter pecuniam
solverit. *Hering. de fidejuss. c. 26. num. 9.* Quod tamen etiam de jure
communi admittendum putant *Coler. p. 2. cap. 2. n. 5. Wes. in par. de*
fidejuss. n. 6. ubi vide.

4. Tertio eorum heredes, qui in jus defuncti succedere di-
cuntur. *l. 59 de re iud. l. 9. §. heredes. de hered. instit. l. 6. de except. & una*
persona cum defuncto censentur. l. fin. C. de impub. & al. substit. Co-
ler. p. 2. c. 2. n. 25. Jos. Ludov. comm. concl. 16. nu. 39. licet in instru-
mento eorum nulla facta fuerit mentio, quia quod virtualiter in
instrumentis continetur, de instrumentis esse dicitur. *arg. l. 77. de he-*
red. instit. l. unic. C. quor. legat. & quilibet non tantum sibi, sed & he-
redibus suis prospexisse præsumitur. l. 9. de probat.

5. Transeamus ad cessionarium, cui pariter hoc jus paratae
executionis, quod creditor vel conventionem suam fecit, vel aliàs
statuto aut consuetudine introductum habet, conceditur, quippe
qui in

qui in jus cedentis succedit, & creditoris loco censetur. *arg. l. 2. C. de donat. l. 23. in pr. C. Mandat.* Quæ est concors Dd. sententia, ut pro regula tradant, quotiescunque creditori executio competit, etiam ei competere, cui jura cessa sunt. Dd. *in l. 44. ad Sc. Trebell. Parlad. rer. quotid. lib. 2. c. fin. p. 3. §. 4. n. 5.* Illud tamen tenendum, quod quemadmodum executionem petenti, se creditoris heredem esse incumbit probatio Coler. *d. l. n. 26. Boër. decis. 10. n. 2.* ita etiam cessionarius de cessione sibi facta, iudici fidem facere teneatur. *Afin. de Exec. §. 1. c. 49.* alias ad processum ordinarium remittendus, nisi forsan ut simplex procurator agere maluerit: tunc enim de cessione docere non compelli, concludunt Dd. *ad l. 9. C. de procurat.* Sed utrum etiam post cessionem cedens, ratione actionum directarum executionem petere possit? quæstio est; quæ affirmative decidi potest *ex l. 3. C. de Novat. exceptis tribus casibus in d. l. 3. expressis;* cum enim actiones directæ ita ossibus cedentis quasi inhæreant, ut separari nequeant. *arg. l. 5. C. quand. fisc. vel priv. gloss. in l. 1. C. de O. & A. Frantz. in ff. de procur. n. 43.* præsupponunt illa obligationem, cuius vi executio peti possit. Quis vero concurrente cum cedente, cessionario, præferendus sit. *vid. apud Stich. in C. d. l. 3. nu. 13.*

6. Cessionario, sive ut vocant, procuratori in rem suam proxime adiungimus, procuratorem simplicem. Licet enim inter hos differentiam merito agnoscamus, de qua Bachov. *in tr. de Action. disp. 4. th. 3. Stich. in l. 22. nu. 2. C. mand.* quo minus tamen hic pari passu ambulent, nulla vetat ratio *argum. l. 58. de procur.* Ubi tamen in dubio est, an sufficiat generale mandatum, cuius vi procurator executionem urgere possit? Certum & in omni disciplina verum est, qui vult antecedens, vult etiam consequens: vel, ut accommodemus, cui committitur antecedens, etiam consequens, sine quo illud sine suo destituitur, commissum censetur. *arg. l. 2. de Action. qui igitur vi generalis mandati debitorem exigendo, arrestando, sive quovis modo detinendo, gravare potest l. 58. de procur. l. 12. de pact. l. 3. §. 2. ut in poss. legat.* quid ni is eadem licentiâ finem dicti processus, executionem puto, rectè petere poterit? *Bart. in l. 28. de procurat. Col. p. 2. c. 2. n. 37. & seqq.*

7. Sicuti Tutor & curator omnia ad pupilli ac minoris utilitatem agere debent, non tantum patrimonium pupillorum ad-



X 10



ministrando, tuendo, augendo, l. 33. in pr. de administr. & peric. tut.
l. 7. pr. de Curat. fur. l. 7. C. arbitr. tut. sed etiam illorum causa judi-
cium suscipiendo l. 10. de admin. & per. tut. & ad summam, non præ-
termittendo ea, quæ utilia esse putant, nec admittendo ea, quæ inuti-
lia fore existimant. l. 27. in pr. C. de Episcop. audient. ita quoque illo-
rum nomine executionem petunt. arg. l. 13. & 18. C. de administr. tut.
si rei non petitæ periculum præstare nolint. l. 21. C. eod. inventario ta-
men prius confecto, & perfecto, ne exceptione non confecti inven-
tarii excludantur. l. fin. §. 1. C. arbitr. tut. Boër. dec. 35. n. 5.

8. Sed quid de Legatariis dicemus? Communiter obti-
nuit illos via executivâ legatum consequi non posse, quia reme-
dium l. fin. C. de edict. D. Hadrian. toll. legatariis non competit. gloss.
in d. l. fin. in verb. ex parte. cum semper adsit contradictor heres, de
cujus manu legatarius legatum consequi debet. d. l. fin. vers. fin. autem
aliqui. Menoch. de adipisc. poss. rem. 4. n. 696. Debet igitur legatarius
ad ordinarium juris processum recurrere, propositis in judicio
actionibus sibi competentibus. l. 76. §. 8. de leg. 2. l. 1. C. comm. de leg.
ne illæ frustra concessæ videantur. Menoch. d. l. Frantz. exerc. 7.
quest. 2. n. 114. Treutl. v. 2. d. 13. rh. 7. C. Quamvis si jus legatarii liqui-
dum sit, ut heres contradicere non possit, judicem pro abbrevian-
dis litibus, viâ expeditissimâ seu executivâ interdum procedere
posse, non negem. Bach. ad Tr. d. d. 13. rh. 7. Suth. diff. 10. aph. 76. Boër.
dec. 295. n. 12. & sub hac distinctione intelligendus Myns. 5. O. 6. n. 6.
ubi viam executivam in Camera receptam esse asserit, & præjudi-
cio confirmat in causa. Sebast. de G. Considerari etiam hic pos-
set, mulierem soluto matrimonio ratione dotis habere paratam exe-
cutionem, de quo Bald. in l. unic. §. 11. C. de R. V. A. Maritum posse
proprio nomine sine uxoris mandato pro dote sibi promissa exe-
cutionem petere. vid. l. 5. C. dot. promiss. l. 9. C. de R. V. ibid. Dd. Bald.
Nov. tr. de dot. part. 8. priv. 24. Quod emptori hereditatis adversus
debitores hereditarios executio concedi possit v. l. 5. ibique Dd. C. de
hered. vel act. vend. An æconomi cæterive Ecclesiarum vel colle-
giorum præfecti sive administratores bonorum executionem pe-
tere & intendere possint v. Rebuff. de liter. obligat. art. 2. gl. 1. n. 18. &
alia. sed instituti ratio ulterius progredi vetat.

9. Illud leve est & vix sollicitam dubitandi rationem reci-
pit, quod executionem urgere non possint, qui prohibentur vel
naturâ,

122

naturâ, ut furiosus, qui nullum negotium gerere potest, quia non intelligit, quid agat, §. 8. l. de inutil. stipul. §. 1. Inst. quib. non est permiss. rest. fac. quis enim sensus & quæ vox certa furioso esse intelligitur. l. 7. in pr. vers. idemque C. ad Sct. Trebel. mente captus, arg. §. 4. l. de Curat. Infans, qui non intelligit quid loquatur, nec plenum animi effectum habet. l. 32. §. 2. de Acquir. poss. vel Lege; ut pupillus, qui nec velle nec nolle creditur. l. 189. de R. I. & est sine ætate rationali. c. 14. c. 22. q. 5. ut omnia det pro uno pomo vel una bursa, ut ait Faber. in pr. l. de auctor. tut. n. 1. Filiusfam. in jussu patris. arg. l. 3. §. 4. in fin. de minor. Prodigus, qui furioso similis est. Umm. dis. 14. nu. 8. & alii, qui cum his legitimam personam standi in judicio non habent. Quare transeo ad subjectum recipiens, videlicet contra quos executio instituitur.

10. Indubitati juris est, Executionem adversus alium, quam qui victus est & condemnatus non esse faciendam. l. 1. & 2. C. quib. res judic. non nocet. l. 63. de re jud. Gail. 1. O. 118. in pr. & 2. de P. P. c. 17. n. 11. Covarr. pract. quest. c. 15. num. 7. Althuf. diceol. d. l. n. 39. in qua unam eandemque causam & personam, quæ in judicium deducta sit requirimus, arg. l. 13. & seqq. de except. rei jud. ne res inter alios acta aliis noceat, contra tritum juris axioma in d. l. 63. & t. r. C. inter. ali. act. al. non noc. idque sive agatur ex actione personali, sive reali procedit: obligatio enim personalis non sequitur singularem fundi possessorem l. fin. §. 1. de contrah. empt. l. 1. §. 16. ad Sct. Trebel. nec actio realis tertio possessori non citato vel condemnato rem aufert. l. 29. §. 1. de except. rei jud. Ex quibus facile judicium fieri potest, quid suadendum illi, qui sententiam latam contra eum, qui dolo possidere desit, contra tertium possessorem executioni mandari petit, licet enim nondum rem suam consecutus sit, in cassum tamen laborabit contra tertium non citatum nec condemnatum, sine novo judicio & novo libello. l. 7. de R. V. arg. l. 30. §. 1. ex quib. caus. maj. l. 2. in fin. C. si propt. publ. pensit. Ex ratione autem juris nostri, qui dolo possidere desit, non quidem ad restitutionem rei petitæ, sed ad æstimationem, vel juramento actoris, vel si jurare nolit, à judice factam condemnatur. arg. l. 69. & seqq. de R. V. Bach. in §. 1. l. de Action. nu. 15. & t. r. de Action. dis. 2. th. 14. in fin. Tertium possessorem cum dico, nullatenus heredem intelligo, qui cum defunctum representet & eadem cum illo persona censeatur l. 59. de R. I. l. 9. §. 1. de edend. l. 37. de Acquir. hered. etiam jus exequendi contra eum locum habebit.

E l. 44. de



l. 44. de re judic. d. l. 9. § 14. utut in instrumento nulla facta ejusdem
fuerit mentio, quia obligatio heredis in instrumento virtualiter
continetur. l. 1. c. si cert. pet. l. 44. in pr. ad Sc. Trebell. ut Doctorum
abundè sit qui rectè existiment, si statuto cautum sit, sententiam
quàm citissimè exequendam esse contra debitorem in instrumen-
to nominatum, eam ipsam quoq. contra ejus heredem exequi de-
bere. Bart. in l. 44. in pr. n. 2. Dec. cons. 536. n. 3. Joseph. Ludov. com. concl.
c. 16. n. 20. Asin. de exec. §. 1. c. 45. n. 1. Constituto tamen prius quàm fiat
executio, quod ille verè sit heres, Jos. Ludov. d. l. n. 21. Umm. d. l. n. 8.
nec enim creditorum intentio satis fundata est ex eo quod illum de-
functi filium, atque in ejusdem potestate fuisse dicant. l. n. C. si min. ab
hered. se abstin. fac. l. 2. vers. etenim de vulg. & pup. subst. Gomez. var. resol.
tom. 1. c. 9. n. 25. Gail. 2. c. 128. & ita judicatum est in causa N. contra
N. de N. & consortes: Author suppliat. Camer. tom. 1. part. 3. vot. 17.
Ut tamen si plures extiterint heredes, non adversus quemlibet in
solidum, sed adversus singulos pro portionibus hereditariis exe-
cutio instituatur. l. 1. C. si cert. petat. l. 2. C. de hered. act. quilibet enim
heres repræsentat personam defuncti pro illa parte pro qua est he-
res, & non pro alia. l. 2. §. fin. de prior. stipul. adeo ut nec unus ex
heredibus onus æris alieni ferat, quamvis vel defunctus testamen-
to contractu vè ita caverit, vel heredes inter se convenerint, sed cre-
ditor nihilominus adversus omnes heredes experiri debeat. l. 69.
§. 2. de leg. 1. l. 20. §. 3. famil. erisc. l. 26. C. de pact. licet tali casu alii he-
redes contra gravatum pro suo interesse agere possint, ut solvat. d.
l. 69. §. 2. Gomez. var. res. tom. 2. c. 10. n. 4. Parlador. lib. 2. c. fin. p. 4. §. 1.
n. 2. nec alter pro altero, qui postea non solvendo efficitur, tenea-
tur. l. 33. in pr. de leg. 2. arg. l. fin. C. de pos. Perez. in C. de hered. act. n. 3. uti
in ardua quadam causa decisum fuit anno 1562. Rulant. de commiss.
p. 4. l. 8. c. 16. n. 21. Quod tamen non adeo verum est, ut judicis au-
res simpliciter propterea actorum petitionibus præcludi debeant:
si enim intercedat pignus vel hypotheca possessor rei pignoratæ
conveniendus est. d. l. 2. ut vel totum debitum solvat, vel eam ipsam
obligatam dimittat. l. 2. C. si unus ex plurib. hered. est enim pignoris
jus individuum, & in solidum in judicium deducitur. Perez. d. l. dum-
modo illud observetur si contra heredem minorem facienda fuerit
executio, curator ei adjungatur. l. 4. C. de author. prest. Coler. p. 2. c. 2.
n. 202. Illud hîc investigare lubet, an sententia lata contra de-
functum

125.
Functum privilegiatum in heredis persona in solidum veniat exe-
quenda? Liquidum est ex præcedentibus quod executio sententiæ
petatur actione iudicati. l. 6. § 3. de re iud. si igitur in solidum defun-
ctus est condemnatus, potest adversus heredem actori actio iudi-
cati, sin verò in quantum facere potest, actori ulteriora exequenti
obstat exceptio iudicati, siquidem actor dictâ actione maiorem
summam, quàm sententia comprehendit, petere nequit. l. 4. in fin.
C. de pos. prout rectè distinguit Busius ad l. 4. §. soli ff. quod cum eo qui
in alien. potest. Non tamen dubito, si priorem contra defunctum
competentem actionem instituere, atque ita ordinaria viâ agere
velit, quin illâ residuum ab heredibus exigere possit. l. 8. C. solut. ma-
trim. l. 14. l. 27. de except. rei iud. obligatio enim & inde emergens
actio oppositâ huius beneficii exceptione, ac sententia in quan-
tum facere possit, prolata, neque ipso iure, neque ope exceptionis
in totum tollitur, sed ad reliquum tantum differtur. l. unic. §. 7. C. de R.
V. A. Veruntamen cum intueor beneficia, quæ ex solo inventarii
beneficio heredi competunt. vid. Rol. à Vall. de inventar. quest. 232.
non defuturi forsan sunt, qui existiment solennem executionis
modum contra heredem, qui inventarium confecit fieri non pos-
se, liberum enim eidem est, vel pecuniam solvere vel rem heredi-
tariam in solutum dare: & compelli possunt creditores res heredi-
tarias in solutum recipere. l. fin. § 4. & 6. C. de jur. delib. secus ac exe-
cutionis forma præscripta est in l. 15. de re iud. junct. auth. hoc nisi in
fin. C. de solut. Quod multo magis procedet, quando ad capturam
personæ in executione procedimus, A sin. de execut. §. 1. cap. 46. nisi
heres admonitus à creditoribus, ut inventarium proferat, nolit
proferre, vel se habere neget, quippe suæ moræ & inficiationis da-
mnum iure meritoque sentiet. Rol. à Vall. d. tr. quest. 233. n. 10. Cæ-
terum quemadmodum satis piè ab Imperat. Justin. constitutum le-
gimus, ut non liceat creditori intra novem dies heredem defuncti
pro debito molestare, aut bona defuncti quocunque modo in-
quietare, Novell. 115. c. 5. vid. Matth. Steph. ad d. Novel. n. 24. Rittersh.
expos. Nov. p. 9. c. 21. ita & contra heredes intra novem post defuncti
mortem dies, creditores executionem impetrare non posse puto
per l. 2. in fin. de in jus voc. Ant. Monach. in tr. de execut. in vest. cap. 8.
num 26. & c. 9. n. 44. Quod temporis spatium de jure Saxonico &
passim de consuetudine Germaniæ ad diem trigessimum, das der

Erbe vor dem dreysigsten niemand was zu geben oder zu antworten
schuldig ist / productum refert Tr. v. 2. d. 12. 0. 7. C. Pari modo intra
tres menses, qui ad conficiendum inventarium legibus sunt præ-
stituti, adversus heredes executio locum non habet. *l. fin. §. 11. C. de
jur. delib. Excellentiss. Dn. D. Rebhan. disput. de benefic. inventar. part. 1.
membr. 1. §. 2. Boër. dec. 53. n. 3.* dum enim inventarium conficitur, he-
reditas censetur ut jacens. *C. A. l. 29. tit. 2. 0. 34. n. 8.* Nisi heres con-
veniatur non ut heres, sed tanquam simplex rei possessor actione
in rem proposita. *arg. l. 41. de re jud. l. 12. §. 6. ad exhib.* Et nisi pro
legato pio executio postuletur. *Rol. à Vall. d. tr. quest. 141. num. 7.*
Plures limitationes referunt *Dn. D. Rebhan. d. l. & Boër. d. l.* Pos-
sent hæc quæ de herede dicta sunt optimè accommodari ad illos
qui heredis vices sustinent, ejusque loco in jure nostro habentur;
sed hæc in præsentiarum missa facio amore brevitatis. Interea de
fideicommissario vide sis *Mastril. decis. 122. de emptore hereditatis.
l. 2. C. de hered. vel act. vend. ibique Perez. n. 6. Coler. p. 2. cap. 3. n. 432. de
fisco, qui in delinquentis bona succedit. l. 31. pr. solut. matrim. Umm.
d. l. n. 8. de Monasterio quod universa religiosi bona possidet. Dec.
conf. 330. & de aliis aliis.*

II. Transeo igitur ab herede universali ad singularem, in
quem res aliqua singularis titulo particulari est translata, ut pro-
pter illud lucrum dicere quis fortè possit, æquè contra hunc jus
paratæ executionis exerceri posse. Et primùm dispiciemus quid
de legatario sentiendum. De natura legati est, quòd apud lega-
tarium sine onere existat, semperque lucrum eidem afferat, quo
ipso ab hereditate distinguitur, cui commoda atque incommoda
sunt annexa, *l. 32. ff. mandat. l. fin. C. de hered. action. gloss. in l. 1. verb.
perrinere. C. si cert. petat.* ut hinc contra legatarium executionem lo-
cum non habere certò affirmare non dubitem. Cui & illa favet ra-
tio, quod bona dicuntur ære alieno deducto. *l. 39. §. 1. de V. S. qua
ratione, cum debitis deductis demum legatum consequatur, l. 6. C. ad
L. Falcid. æs alienum solvere nullatenus tenebitur l. 9. de leg. 2.* Et
licet æs alienum post divisionem factam emergat, illud tamen ab
herede, non legatario petitur. *d. l. 8. §. 5.* Quod tamen limitan-
dum puto, si hereditas sit solvendo. *l. fin. §. 5. vers. licentia Cod. de jan.
delib.* quia tunc legata non dicuntur indebitè soluta, nec creditor
damno afficitur. Adeo ut hoc præsupposito legatarii creditores
res sibi

res sibi hypothecatas à se petentes exceptione repellere possint, utpote qui primò contra heredem actione personali agere debent, & non contra eum facta excussione, hypothecariam contra tertios possessores instituere nequeunt. *auth. hoc si debitor C. de pignor. Nov. 4. c. 2. Rol. à Vall. d. tr. quest. 161. Perez. in C. de pignor. n. 14.* Progre diamur ad usufructuarium, pro quo *l. fin. de usu & usufr. leg.* distinctim respondet. Nam si usufructus certæ rei fundi scil. sit relictus, usufructuarius ad æris alieni solutionem condemnari non potest. *d. l. fin. l. 1. §. 16. ad SC. Trebell.* quod apud omnes Dd. in confesso est, attestante Covarr. *var. resol. l. 2. c. 2. n. 1.* verùm de usufructuario omnium bonorum gravis est controversia. Constat ex *l. 1. C. si cert. petat. l. 2. C. de hered. vel act. vend. l. 26. C. de pact.* onera hereditaria ab herede solvenda esse, ejusmodi autem heredem, in quem actiones hereditariæ activè & passivè transeant, usufructuarium non esse latè & doctè probant Gail. 2. O. 146. & Græven. *ad d. obser. Gail. Suth. disp. 10. aph. 4.* ut hinc appareat adversus eum ad æris alieni solutionem agi non posse, multo minus executionem peti. Ut tamen heredi convento æs illud alienum ex defuncti bonis deducere liceat, usufructu in reliquis relicto. *d. l. fin. l. 69. ad L. Falcid.* Bona enim dicuntur, quæ deducto ære alieno supersunt. *l. 88. de V. S. l. 72. in pr. de jur. Dot. Bachov. in not. ad Wes. de usu. & usufr. leg. Tr. v. 1. d. 16. §. 3. Hiibig, Bachov. Bero. quest. famil. 13. ibiq. in addit. Dec. cons. 590.* Sequitur nunc tertius possessor, qui ex regula illa antea posita, quod executio adversus alium, quàm qui condemnatus est, non sit facienda, optimè se defendere potest, ex rationibus ibidem allegatis. Verum enim verò cum in jure nostro facilè non sit, in universum aliquid certa regula definire, strictius perscrutandū, quibus in casibus prædicta regula suum perdat officium. Qui rem litigiosam vendit, donat, aut oppignorat conditionem adversarii sui, opposito adversario potentiori, deteriore facere velle videtur, ideoque emptori, donatario, aut creditori exceptio litigiosi objici potest. *l. 2. C. de litigios.* Cujus exceptionis effectus est, quod lis cœpta nihilominus inter eosdem peragatur, ac si venditio, donatio, pignus non intervenisset, *d. l. 2.* & postea etiam executio contra tertium possessorem sine novo processu petatur. *l. 4. C. eod. l. 3. §. 1. de pignor. l. 4. §. 1. de aq. & aq. pluv. arcend.* ratio pendet ex eo, quia rei litigiosæ alienatio nulla est, *d. l. 2. & d. l. fin.* & res transit cum

2.
suo vitio. Et hoc maxime æquitati conveniens est, ne creditor
tot fore sumptibus fractus, cum jam victoriã frui sperat, novis ene-
cetur litibus. Gail. 1. O. 118. num. 2. Pachov, in not. ad Wesenb. de litig.
Ludov. à Peguer. decis. civ. 205. n. 19. Umm. d. l. n. 10. Quod tamen
de alienatione voluntaria intellectum volo: lex enim prohibens
alienationem, de voluntaria non necessaria debet intelligi. l. 1. de
fund. dot. al. l. 13. famil. erisc. quare si ex causa necessaria, mandato
judicis, facta fuerit alienatio, cessat vitium litigiosi, & valet aliena-
tio. l. 57. de R. V. l. 69. §. 1. de leg. 2. Ceval. d. tr. p. 2. quest. 16. n. 37. Hip-
pol. Riminald. in comm. Inst. tit. quib. alien. lic. n. 159. Gudel. d. tr. l. 3.
cap. 15. in fin. Litigiosa verò res quæ dicatur, hinc ante omnia expo-
nendum; & si quidem actio in rem movetur per citationem reo in-
sinuatam, rem litigiosam fieri satis expressè decisum est Novell. 112. c. 1.
c. 1. auth. litigiosa C. d. t. sin verò actione personali agatur, puta ex
empto, stipulatu, vel alia, ex quo tempore tum vitium litigiosi con-
trahatur, apud Dd. res est maxime litigiosa. Communissima est
sententia litis contestationem requiri; cum enim d. Nov. 112. c. 1. &
d. auth. litigiosa. tantum meminerit realium, videtur in personali-
bus actionibus litis contestationem requirere ad effectum rei liti-
giosæ: quomodo etiã rem actione reali petitam olim litigiosam fa-
ctam patet ex l. 1. ff. & l. 2. C. d. t. quod autem non mutatur, quare stare
prohibeatur l. 32. §. fin. C. de Appellat. Excellentiss. Dn. D. Bicc. in pro-
lect. publ. ad d. t. de Litigios. Perez. in C. d. t. Covarr. pract. quest. cap. 15.
n. 6. Limitationem quoque patitur prædicta regula, quando ter-
tius ille possessor causam habet ab eo contra quem jus exequendi
fuit deceretur, tunc enim quia debitor in fraudem parata execu-
tionis transfert possessionem in tertium, æquè contra singularem
illum successorem, ac contra ipsum condemnatum executio inten-
tari potest, cum sententia lata de principali, non tantum ipsi no-
ceat, sed etiam habenti causam ab eo. l. 9. §. 10. de except. rei jud. l. 3.
§. 1. de pignor. modo tamen liquidum sit, & coram iudicè summa-
riè demonstratum, tertium illum possessorem causam à debitore
principali habere. Menoch. de adipisc. poss. rem. §. n. 133. & seqq. Coler. n.
p. 2. c. 3. n. 445. Ant. Gabriel. lib. 5. concl. 8. n. 8. Tertio fallit prædi-
cta regula quando possessor ille rem titulo legibus reprobato pos-
sidet, exemplum poterit esse in emphytensi, puta quando emphy-
teuta sine domini consensu jus suum emphyteuticum alienaverit
quo

175.
quo casu adversus tertium possessorem executionem faciendam
puto *fac. l. 14. de public. & vectig.* cum dicto casu sit ipso jure nulla
alienatio. *l. fin. C. de jur. emphyt.* Sich. *in d. l. fin. n. 2.* Quartò ex ea-
dem ratione adversus tertium executio recte procedet, quando pa-
ctum contractui cuidam adjectum alienationem reddit ipso jure
nullam; videlicet si quis alteri rem oppignoravit, adjecta de non
alienando conditione, re igitur postea alienata, alienatio est nul-
la. *l. 7. § 2. de distr. pign. l. 56. de contrah. empt.* Menoch. *d. l. n. 128.* Ga-
briel. *d. l. n. 4.* Plures ad prædictam regulam limitationes tradunt
Menoch. *d. l. & Coler. p. 2. c. 3. n. 438. & seqq.*

13. Progredimur ad personas, quæ rem debitoris gerunt,
visuri an contra eas quoque executio institui possit. Qui princi-
pia juris nostri novit, novit simul quod procurator rite constitu-
tus per litis contestationem litis dominus fiat. *l. 23. C. de procurat. c. 1.*
§. de procur. in 6. quare etiam ut sententia valeat, ferenda est in
procuratorem, *l. 1. C. de sentent. & interloc.* quod tanquam substan-
tiale quoddam sententiæ requiri videtur *in d. l. 1. Zoësius in Commen.*
ad ff. de re judic. num. 99. Errabit tamen qui propterea sententiæ
executioni procuratorem subicere velit, siquidem contra eum
actio judicati non datur. *l. 4. de re judic.* quia iniquum esset, eum te-
neri, qui non litigavit nomine suo, sed alieno. Exceptiones Jctus
ipse subicit *in d. l. 4.* nisi procurator in rem suam datus, aut liti se
obtulerit. *l. 61. de procur. vid. Zaf. in d. l. 4. n. 7. 8* ubi has exceptiones
elegantè explicat. Perez. *in C. de re jud. n. 7.* Sed quid si ipse procu-
rator suo & domini nomine se obligavit? Et dubium non est, quin
finito officio executio contra eum procedat. *l. 67. de procurat. l. 61. §. 1.*
de negot. gest. contrahentes enim plus procuratoris, quàm ipsius
principalis fidei tribuere videntur. Boër. *decis. 273.* Sic quoque con-
tra tutorem vel curatorem pro debito pupilli nomine contracto,
executio locum non habet, *d. l. 4. §. 1. l. 1. C. quand. fisci. vel. privat.* Non
enim videtur se liti obtulisse, qui necessitate vel ex officio alienam
defensionem suscepit, ideoque non tenetur tutor curatorve actio-
ne judicati *d. l. 4. §. 1.* sed pupillus cujus causa agitur. Perez. *in C.*
d. l. nisi & hic quoque pro debito illo suo proprio nomine caverit.
l. 5. §. 1. quand. ex fact. tut. Deinde nisi calumniosè, hoc est, sine ju-
sta & probabili causa litigasset *l. 6. C. de administr. tut.* ne calumniæ
& fraudes tutorum in necem pupilli redundent. *l. 73. §. 2. de leg. 2.*

Zaf.

Zaf. d. l. n. 14. Umm. d. l. n. 7. Claudat hoc capitulum quaestio de
institore, qui à domino universae negotiationi praepositus, & ad
exterarum regiones mercium emendarum vendendarumque causa
mittitur, an & hic finito officio ex contractu nomine principalis
sui celebrato conveniri, & postea executio contra eum institui pos-
sit? Pro Negativa respondet Hering. in tr. de fidejuss. c. 27. p. 1. n. 136.
Factores, inquit, sive institores hodierni, licet mille literis scribant
se esse debitores, non tamen propterea possunt suo nomine con-
veniri, qui videntur nomine institorio, non proprio se obligare.
Dec. cons. 510. num. 5. Fundatur haec sententia in l. fin. de instit. action.
fac. l. 6. §. 1. de negot. gest. Verum ne obligationem hanc putes ina-
nem, vi ejusdem institor nihil omittere debet, quod ex sua parte
ad id factum obtinendum facere poterat, & apud dominum urge-
re, ut praestet id quod ipsius nomine promisit. Quin imò tenetur
de bonis domini, quae ex negotiatione penes se habet, creditoribus
satisfacere, nec audiendus, si eos ad principalem remittere velit.
l. 42. de pignor. act. Parlador. rer. quot. l. 2. p. 4. c. fin. §. 3. n. 3. Boer. dec.
273. n. 2. Hunnius in Encyclopaed. tit. de exec. sent. c. 4. n. 17. Et tantum
de materia subjectiva.

CAPUT IV.

De Objecto Executionis.

§. 1. VENIO ad materiam objectivam, ubi primò in genere tra-
ctandum circa quam rem versetur executio, in qua tracta-
tione hoc axioma constituo: Unicum executionis objectum est
res liquida. Quod enim certum, definitum, expeditum, liquidum-
que est, id per processum strepitumque judicii amplius liquidari
non debet, sed quod omnium promptissimum est executioni man-
dari. Mindan. 2. de process. c. 59. num. 1. Liquidum dico, ut judici ad
oculum quasi demonstretur hunc vel illum, tale & tantum, ex hac
vel illa causa debere. Quae verò judici rem certam definiant, atque
probationem liquidam inducant, per membra aliquot sigillatim
hic exponere, operae pretium duco.

2. Primo omnium occurrit res judicata, quam describit
Jctus in l. 1. de re jud. ex qua descriptione liquet, quantum senten-
tia

tia distet à re iudicata, cum illa sit ipsa pronuntiatio, & se habeat
 per modum causæ; hæc verò ipsum pronunciatum & se habeat per
 modum causati. Zoel. *d. l. n. 1.* hæc est ipsa res definita, nulli appella-
 tioni, aut retractationi obnoxia: cum enim condemnatus intra de-
 cendum non provocaverit, tacitè appellationis auxilio renunciaf-
 se videtur, & sententia in rem iudicatam transire dicitur. *Nov. 23.*
cap. 1. conf. l. 5. C. de re iud. Perez. in C. d. r. Quæ tantæ est authori-
 tatis, ut de non ente faciat ens, de albo nigrum, de falso verum, le-
 pide *Parlador. d. tr. l. 2. c. fin. p. 1. §. 1.* habetur pro veritate. *l. 207. R. l.*
l. 25. de stat. hom. & paratam habet executionem, ne sententia sit
inanis & frustratoria. l. 40. in princ. de minor. l. 56. de re iud. Gail. 2. de
P. P. 17. num. 1. præsupposito tamen hoc, quod sententia fuerit valida,
 & lata secundum leges. *conf. Zas. in l. 4. §. 6. de re iud. n. 2.* hinc senten-
 tia nulla nullam meretur executionem *d. i. 4. §. 6.* imò ne nomen
 quidem sententiæ *l. 3. C. de sentent. ex brev. recit. A sin. de exec. §. 1. c. 33.*
n. 2. Exemplum habemus apud Barth. *in selectis Cam. Imperial. senten-*
tiis. 13. Octob. anno 1501. in hunc modum: *In sachen zwischen R. vnd*
R. vnd Z. G. an einem/ vnd D. B. an andern theil/ ist nach allem für-
bringen zu recht erkant/ daß die angezogene Urtheil durch den Dechant
zu Heidelberg wider gedachten B. als nichtig / nicht vollzogen werden
sollen. Deinde quod sit iusta, notoriè enim iniqua & iniusta non
 exequenda est, quanquam si tantum jus litigatoris non ita manife-
 stè lædatur, sententia etiam iniusta aliquid operetur, salvo tamen
 appellationis beneficio *l. 27. de re iud. Zas. in d. l. n. 4. & Gothofr. Plu-*
res casus quibus sententia non transit in rem iudicatam, nec para-
tam habet executionem congeffit Umm. d. l. n. 11. Marant. in spec.
part. 6. tit. de sentent. n. 130. Ad sententiam iudicis quàm proximè
 accedit sententia arbitri. Hinc si ejus sententia à partibus tacitè
 vel expressè fuerit approbata, transit in rem iudicatam, & paratam
 habet executionem. *l. 5. C. de recept. arbitr. Umm. d. l. n. 12. A sin. d. tr.*
§. 1. c. 13. n. 6. Quod iterum intellige de sententia seu compromisso
 valido. *l. 4. §. 6. de re iud.* si enim post rem iudicatam compromissum
 fiat, nullius momenti illud esse patet *ex. cap. 11. extr. de arbitr. cum*
non differendarum, sed finiendarum litium causa arbitri eligantur.
arg. l. 32. C. de transact.
 3. Secundo sunt instrumenta: effectus enim instrumento-
 rum consistit in eo quod de veritate instruant, *l. 1. ff. de fid. instrum.*
 & ju-

& judici fidem faciant. l. 11. C. eod. licet pro diversitate instrumentorum diversa etiam probandi vis insit instrumentis. Instrumentorum absolutè publicorum apud acta l. 11. C. de fid. instrum. vel à iudice seu Magistratu ex archivo publico confectorum (quo etiam referri possunt die Gerichts/Ampt/Canzley vnd Receptbücher) fides ac vis est publica. l. 31. C. de donat. l. fin. C. de re jud. perpetua ac inconcussa firmitas. l. 30. C. de donat. d. l. fin. adeoque nec testibus indigent. d. l. 31. l. 19. C. de testib. nec iisdem infirmari possunt. l. 10. de probat. Hinc nata statuta & jura municipalia, quæ hujusmodi instrumentis paratam tribuunt executionem; de statutis Italiae hoc ipsum testatur Asin. in sepius allegato tract. §. 1. c. 26. n. 1. sic Mediolani, Ferrariae; Veronæ tale statutum vigere scribit Menoch. de arbitr. jud. lib. 2. cent. 1. c. 17. De jure Saxonico hoc idem receptum, & in Thuringia statutis introductum refert Carpzov. jurisprud. p. 1. const. 2. def. 19. n. 6. Coler. p. 1. c. 3. n. 57. Diversum à jure nostro civili, quod instrumentis paratam non tribuit executionem, l. 40. de minor, sed ab actione, proposito videlicet ordinario libello processum inchoare jubet. l. 1. & 2. G. lit. l. 5. C. de O. & A. l. un. C. de prohib. sequestr. pec. Sich. in l. un. C. de plus petit. n. 4. Col. d. l. Menoch. d. l. Asin. d. l. ubi infinitas Dd. autoritates allegat. Quod tamen non adeo universale est, ut omnes exceptiones excludat. Exceptio enim est in instrumento publico depositi, quod paratam habet executionem, nec ulla tenus impediri potest. l. 11. ibi: illico modis omnibus reddere compellatur. C. de pos. ibique Gothofr. lit. 2. cum exceptiones altiore indagine requirentes ad depositum impediendum opponi non possint, sed in ordinario judicio reserventur: Asin. d. l. c. 3. Boër. dec. 295. n. 7. 8. quod & de jure Saxonico pro indubitato haberi fatetur Col. p. 3. c. 2. n. 22. Altera exceptio est in instrumento jurisiurandi religione vallato, puta si quis in instrumento contenta jurejurando firmaverit. Schneidevv. in §. 11. l. de Act. n. 58. quia vis juramenti eadem est ut in judicato. l. 2. l. 11. §. fin de jureiur. nam ut hic quæritur tantum an judicatum sit, ita ibi an juratum. l. 5. §. 2. l. 9. §. 1. eod. l. 56. de re iud. Modo tamen sententia iudicis declaratoria accedat. arg. c. 19. in fin. de heret. in 6. quæ eo tantum spectat, ut iudex absolvat reum, qui juravit, vel eum condemnet,olvereque cogat, si juraverit adversarius. l. 34. §. 6. & fin. de iureiur. Gudel. de iur. novis. l. 4. c. 17. Idque tam in juramento judiciali, quod à parte parti in iudicio defertur, d. l. 2. quàm extrajudiciali à parte delato & in scriptis redacto verum puto d. l. 56. l. 25. d. t. l. 1. C. de reb. cred.

127.
reb. credit. Hillig. ad Donell. lib. 24. c. 16. Col. d. l. Sive ante, sive post
litē contestatam fuerit delatum. d. l. 56. l. 3. in pr. de iureiur. Impe-
ditur tamen executio, si ille qui huiusmodi iuramentum detulit, sit
inhabilis. l. 35. §. 1. d. t. cum necessarium in deferendo iuramento sit
requisitum, quod deferre debeat is, qui jus deferendi habet, hoc
est, cui potestas est litis remittendæ. Frantz. in ff. de iureiur. n. 88.
Tertio limitationem patitur prædicta regula ex iure civili consti-
tuta in instrumento ex actis publicis confecto. arg. l. 21. de iud. l. 17.
de in ius voc. acta publica enim rem liquidam & notoriam reddunt,
plenamque fidem faciunt, nec ullam probationem extrinsecam
requirunt. l. fin. C. de re iud. Deinde favet præter publicum fidei
testimonium etiam rei iudicatæ authoritas: quæ non minoris
ponderis esse debet pro tuenda fide actorum, quam latæ sententiæ
Mindan. 2. de process. c. 66. Quarto fallit in instrumento computi
finalis, quod ratione administrationis de redditibus est
confectum. fac. l. 82. de condit. & demonstr. sicuti quibusdam in locis
ad rationes audiendas & dijudicandas certi sunt electi iudices, qui
rationales in l. 3. C. de bon. vac. lib. 10. & procuratores in l. 2. C. de iur.
fisc. lib. 10. dicuntur. Si quæ igitur instrumenta rationibus utrin-
que discussis, de residuo, quod ei debetur, cuius res administratæ
fuere, coram hisce iudicibus scripta extant, etiam illa de iure para-
tam executionem habebunt. Nov. 123. c. 23. ad differentiam illorum
instrumentorum, quæ à partibus nullo iudice authore confecta,
paratam non merentur executionem. d. l. 2. propterea quod tunc
tanquam scriptura quædam privata judicialiter non recognita ha-
bentur, ut ex Bald. cons. 134. vol. 3. inquit Asin. d. tr. §. 1. cap. 19. Quare si
confectis jam rationibus partes acquiescant, easq; propria subscri-
ptione probent, ac postea in iudicio recognoscant, exequendas
eas esse putaverim l. 40. §. 1. de pact. partium enim consensus actum
per se alias nullum confirmat. l. 1. §. 4. de contr. tut. Col. d. l. num. 24.
Boër. d. dec. 295. n. 16. Sed quid si postea ad impediendam instru-
menti executionem calculi errorem objecerint, an executioni hæc
exceptio obstabit? Et non obstare verius videtur, per l. unic. C. de
error. Calcul. si enim calculo perfecto super ipso facta fuit transa-
ctio, non potest amplius error calculi opponi d. l. unic. neque etiam
poterit opponi quando fuisse pactum factum, prout in nostro ca-
su tacitum ejusmodi pactum intervenit, in subscriptione scil. &

reco-
F 2


recognitione; neque enim inter pactum & transactionem hiis facienda est differentia. *arg. l. 47. §. 1. de pact.* Quæ lex alias quoque nostram firmat sententiam, quod ibi pactum, in epistola post computum factum, validum ac firmum manet quoad ea, super quibus computum factum fuit, absque reservatione juris dicendi de errore calculi. *Berous quest. fam. 105.* Plures exceptiones tradit *Coler. d. l.* quæ tamen sæpè non sunt de regula, utpote quæ vim executivi præcepti non ex jure communi habent, sed ex aliquo jure municipali. Quemadmodum etiam instrumenta, ut vocant, garantiata à tergo quasi post se trahunt executionem, non quidem de jure communi, sed statutorio, de quibus videtis *Parlad. l. 2. c. fin. p. 1. §. 11. A sin. d. tr. §. 1. cap. 25. Coler. p. 1. c. 3. n. 15. & seqq.* Instrumentis autem quodammodo publicis seu forensibus à tabellione factis vis quidem probandi inest, sed quamdiu in contrarium nihil probeatur *l. 18. C. de probat. l. 15. C. de fid. instrument.* Cum enim testes requirantur ad illorum firmitatem, iisdem iterum in dubium vocari posse naturale est *arg. l. 35. de R. I. Nov. 73. c. 5.* Quare ad executionem impetrandam producenti prodesse non possunt, cum instrumentum, de cujus fide disputari potest, vim ullam ac virtutem habere nequeat. *arg. l. 24. de testam. milit.*

4. Tertio judici rem liquidam facit chirographum recognitum vel verificatum. Dico recognitum vel verificatum, quia ante recognitionem vel verificationem nullam inducit probationem. *l. 25. §. fin. ff. de probat. l. 5. C. eod.* & chirographum est illiquidum *l. 21. C. de fid. instrum.* imo nè quidem præsumptionem juris pro producente facit *arg. l. 24. C. de probat. l. fin. C. de fals.* Excepto tamen si chirographum in archivo publico fuerit repertum, quia tunc propter loci, in quo repositum fuit, dignitatem, habetur pro publico, indubiamque fidem facit. *l. 10. de probat. Novell. 15. in præfat. Nov. 49. c. 2. c. 13. extr. de præscript.* Et deinde si inter partes actum est, ut chirographo etiam non recognito stetur, recognitio enim in favorem partium est introducta, ne falsas scripturas fingendo se invicem decipiant, *auth. si quis vult caute. C. qui pot. in pignor. cui adeo renunciare licet. c. fin. extr. de crimin. fals. Berlich. 1. concl. 26. num. 28. Coler. p. 3. c. 1. n. 137.* Effectus autem hujus recognitionis (quæ est confessio quædam debitoris chirographum in judicio productum agnoscentis & manu ejus cujus esse creditor intendit, confectum

asseren-

differentis l. 11. de exception.) vel verificationis (quæ est chirogra-
phi dubii per legitimos modos à creditore facta probatio d. l. fin. C.
de fals.) consistit in eo, ut debitum in præscripta quantitate con-
tractum esse contra debitorem plenissimè probet. l. 59. de leg. 3. l. 26.
§. 2. de pos. l. 3. §. 3. de jur. fisc. Novell. 73. c. 1. Ex quo postea prono quasi
alveo fluit parata executio: Umm. d. l. n. 12. Covarruv. var. resol. l. 2.
om. num. 4. Notorium enim ut in pr. hujus capituli dictum paratam ha-
bet executionem, quia non indiget examinatione. c. 23. extr. de elect.
nec ordinem requirit judicarium. c. 3. extr. de testib. cogend. Et sicuti
debitum confessatum paratam habet executionem, cum in confes-
sus nullæ sint partes judicantis, l. 25. §. fin. ad L. Aquil. sed conde-
mnantis c. 10. extr. de transact. ita & chirographum in jure recogni-
tum. Carpzov. jurisprud. for. p. 1. const. 10. def. 10. Sic ad simplicem
cautionem privatam liquidum debitum sine ulla processus aut alio-
rum beneficiorum juris renunciatione habentem, mandata sine
clausula sunt decreta in causa Brandes contra D. Elector. Col. & in
causa Schraders contra D. Philipp. Pr. Br. anno 1582. 31. Aug. Min-
dan. d. tr. l. 2. c. 70. n. 8. Unde cuivis constat, quod dicta de chiro-
grapho causam obligationis continente, & liquido, ex quo quid
& quantum debeatur, constet, intellecta velim. l. 9. C. de reb. auth.
jud. poss. l. 4. C. de repud. Sich. in l. 11. C. qui potior. in pign. n. 1. & 2. Si
enim causa non sit expressa tanquam illiquidum executionem non
meretur. Berlich. 1. concl. 55. n. 103. Col. p. 3. c. 1. n. 7. & judex in dubiis
ab executione incipiens spoliare dicitur. cap. 7. extr. de rest. spoliat.
Hinc si debitum sit conditionale vel in diem, chirographum exe-
cutioni mandari non debet. l. 7. §. 14. quib. ex caus. in poss. Carpzov.
jurisp. p. 1. c. 17. def. 32. n. 6. Sed quid si debitor contumax sit, & re-
cognoscere nolit? communis Dd. vox est, quod contumax in ju-
re nostro æquè ac confessus condemnetur. l. 53. de re jud. cum contu-
macia fictam inducat confessionem. l. fin. §. 7. C. de jurejur. propr. ca-
lumn. l. 1. §. 2. in fin. C. de adfert. toll. cap. 2. de confess. in 6. quid ni igitur
judex propter eam ipsam chirographum pro confessato acci-
pere, & executionem mandare possit? uti pronunciatum in causa
P. contra Q. Gail. 1. de P. P. 15. n. 15. & 1. O. 80. n. 6. & in causa Joh.
Wolstedes contra heredes Ulrichi Kelings zu Leipzig. M. Maij anno
1632. Carpzov. d. def. 10. Illud tamen hoc casu requiritur, ut cre-
ditor debitoris contumaciam accuset, & scripturam pro recognita
haberi

F 3



haberi postulet l. 13. §. 2. C. de iudic. aurb. qui semel. C. quòmod. & quard.
iud. & postea iudex ad creditoris petitionem reum contumacem,
seque chirographum pro recognito habere declaret. d. l. 13. §. 3. quia
alias ex iudicis arbitrio pendet, an velit eum ad recognoscendum
compellere gloss. in l. 6. §. 1. verb. confiteatur. de confess. sic in causa
Münster contra Weneheim recognitio injuncta est attestante Ru-
land. 2. de Commiss. l. 5. c. 39. num. 7. Ceterum hoc tenendum, quòd
chirographum recognitum tantum præjudicet confitenti à se scri-
ptum vel subscriptum & sigillatum l. 3. §. 3. de iur. fisc. l. 26. §. 2. de pos.
Sixtin. conf. Marp. v. 2. conf. 8. n. 11. Gædd. conf. Marp. v. 3. conf. 33. n. 47.
adeo ut recognitio hæc retrahatur ad tempus ipsius scripturæ
contra recognoscentem. fac. l. 11. C. qui potior. in pignor. Covarr. d. 6.
11. n. 4. contra tertium verò nihil probet. l. 52. pr. de pact. quia in-
strumentum non probat contra ignorantem. l. 10. C. de donat. nec
præjudicat ei, qui in illo se non obligavit. arg. l. 21. C. de probat.
5. Restat ut paucis expediam de confessione, quatenus ea-
dem iudex ad exequendam commoveatur. Confessio rei iudica-
tæ similitudinem habet, hinc confessi pro iudicatis habentur. l. 1. ff.
& l. unic. Cod. de confess. rationem reddit ipse Ictus d. l. 1. quod, ille
quodammodo sua sententia damnetur, adeo ut post confessionem
in iure factam nihil amplius quæratur, l. 56. de re iud. sed ad modum
rei iudicatæ executivum præceptum decernatur. l. 6. §. fin. de confess.
l. 31. de re iud. l. fin. C. b. r. Ut tamen confessio rei iudicatæ vim ob-
tineat, requiritur primò, ut confessio facta sit coram iudice pro tri-
bunali sedente d. l. un. C. de confess. quæ enim causæ cognitionem
desiderant tribunal requirunt, l. 3. §. 8. de bon. possess. l. 2. §. 1. quis ord. in
possess. serv. & confessio extrajudicialis non præjudicat. gloss. in l. 5.
verb. confiteri. de his qui not. infam. Gudel. d. tr. l. 4. c. 17. Deinde ut
fiat coram competente iudice. c. 4. extr. de iudic. quia alias habetur
extrajudicialis, nec præjudicat, utpote facta coram privato. l. 3. de
offic. presid. sed satis. de confessione tractant. Dd. in sede ordinaria.
6. Succedit nunc pars specialis de rebus in quibus executio
fieri debeat. Quæ considerari possunt tum in *θεσι*, in quibus exe-
cutio fieri possit, tum in *ἀντίθεσι*, in quibus non possit. Res in qui-
bus executio institui potest, sunt primò, in genere omnia bona, quæ
tempore executionis penes debitorem existunt, licet sint alterius.
l. 1. C. de privil. fisc. præsumuntur enim ejus esse qui bona possidet, ideo
si tertius

si tertius executionem impedire volens, bona sua dicit, summam
 & incontinenti hoc docere, sibiq; ex executione hac damnum in-
 ferri demonstrare debet. *c. 38. extr. de testib. c. 17. de sent. & re jud. l. 15.*
§. 4. de re jud. nisi tertius ille litem agitari, sententiamque latam fuis-
 se scivisset, nec tamen pro suo interesse comparuisset, tunc pro-
 pter scientiam executio non impeditur. *cap. 25. extr. de re judic. l. 63.*
de re judic. jura enim vigilantibus scripta esse cuius constat. *l. 24.*
que in fraud. credit. imputet igitur sibi, qui juri suo in tempore non
 vigilaverit. *arg. l. 203. de R. I. l. 6. §. 2. de reb. auth. jud. poss. Boët. dec. 79.*
n. 3. Covarr. pract. quest. c. 16. n. 2. Et quia iudicium per sententiam jam
 fuit extinctum, iudex in exequendo cessare non debet, contradicto-
 re ad novum iudicium remisso. *Barbos. in l. 12. sol. matrim. num. 16.*
 Deinde sunt bona condemnati; unde actio iudicati quæ ad execu-
 tionem tendit, in condemnati bona exerceri dicitur. *l. 1. C. quand. ex*
fact. tut. eaque tam corporalia, quæ sunt mobilia vel immobilia,
 quam incorporalia seu jura. *l. 15. §. 2. & 8. de re iud.* licet bona illa
 aliis sint oppignerata, si modo ita distrahantur, ut emptor, dimisso
 prius creditore conventionali, superfluum, ut in causam iudicati
 convertatur, solvere paratus sit, eoque nomine creditori illi satis-
 det. *d. l. 15. §. 5. C. A. l. 42. tit. 1. §. 94.* Sed quid si bona illa alius possi-
 deat, an illa allegata possessio rerum executionem impediet? quod
 proculdubio dicendum videtur, cum hic tertius rei possessor non-
 dum fuerit victus ab eo qui petit executionem: alioquin executio
 non fieret contra victum, sed contra ipsum tertium, qui nusquam
 litigaverit nec victus fuerit. *gloss. in d. l. 15. §. 4. verb. proprietate. Gail.*
2. de P. P. 17. num. 10. Covarr. pract. quest. c. 16. n. 3. In pecuniam quæ
 apud argentarium vel apud quemvis alium deposita est, executio-
 nem competere ostendit *d. l. 15. §. 11. & seq.* Tanta enim est sen-
 tentias exequendi autoritas, ut etiam exceptiones quæ hinc oppo-
 poni possent, excludat. *l. 31. depos.* Quæ etiam exinde apparet, quod
 de pecunia pupillari ad certos usus destinata præcepto executivo
 satisfieri possit, etiam sine prætoris permisso. *d. l. 15. §. fin. contra l. 3.*
§. 6. de contr. tutel. act. ratio dari potest, quia ista in rem iudicatam
 conversio, est alienatio necessaria, quæ decretum prætoris strictè
 non requirit. *l. 3. §. 1. de reb. eor. qui sub tut.*
 Neque hinc feuda excludimus, sed in iis, si aliena bona
 deficiunt, executionem admittendam putamus. *arg. l. 4. C. h. r. sub*
 hac

hac tamen distinctione, ut si debita cum consensu domini sint contracta, aut credita pecunia in utilitatem domini, (ad quam regulariter vasallus non erat obligatus, Rosenth. de feud. c. 9. concl. 15. n. 9.) versa sit, tunc æquè à iudice loci ordinario, quàm à domino feudi in ipsam feudi substantiam, fieri possit. Rosenth. d. 17. concl. ult. c. ult. num. 16. Obrecht. de feud. c. fin. n. 130. Garzia. de expens. cap. 6. si verò consensus non doceatur, tunc à loci ordinario tantum in fructus feudi: à domino verò feudi, si is de causa iudicet, itidem in substantiam quoque ejusdem fieri possit executio, Excellentiss. Dn. D. Tabor in d. disp. de offic. iud. sect. 4. c. 3. §. 4. Hartm. Pistor. p. 1. quest. 15. nu. 34. & 90. Quam sententiam in iudicando etiam secuti sunt Scabini Lipsienses in causa Wengel von Meusebachs. M. Jun. anno 1632. Carpzov. iurispr. p. 1. c. 32. def. 25. Neque eam vasallus suo dissensu impedire valet, quia ob æs alienum in fructibus feudi executio fieri potest, d. l. 4. in ipsum verò utile dominium denegata est, eo quòd dominus invitus alium vasallum habere non cogitur, quare si domini consensus adsit, ratio cessat, ergo & dispositio cap. 60. extr. de appell. Rosenth. d. cap. 9. concl. 16. n. 13. Hinc Wesemb. in cap. de reb. auth. iud. poss. n. 5. in fin. vidi sæpius, inquit, decernente feudi domino, propter æs vasalli alienum pro solutione creditoribus feudum concedi, aut distrahi in perpetuum, omni spe successionis agnatis præcisa, idque ratione & æquitati maximè accommodatum esse addit. De quo tamen membro in præsentiarum mentem non expono, cum contrarium rationibus & præjudicio confirmatum legitur apud Carpzov. d. c. 32. def. 26. Hartm. Pistor. d. quest. nu. 102. Ratione igitur non carent statuta vel consuetudines, quibus introductum est, ut executio etiam in ipsa bona feudalia fiat, quod de Electoratu Brandenburgensi asserit Umm. d. l. n. 15. Rosenth. d. c. 9. concl. 59. Sic bona emphyteutica in causam executionis capi possunt, salvo tamen canone emphyteutico. gloss. in l. 15. §. 26. de damn. infect. Mind. 3. de proces. c. 3. num. 12. Quin imo nec Clerici, vel alterius beneficiarii redditus immunes sunt ab executione, sed deficiente alio subsidio, propter æs alienum de illis satisfacere tenentur. c. 2. extr. de Fideiuss. l. 4. C. h. t. Hartm. Pistor. d. quest. n. 10. Gail. 1. O. 117. n. 8. 9. Perez. in C. h. t. n. 12. De peculio quæritur, quatenus in eo pro debito filii executio fieri possit? Constat enim quod filiusfamilias in sacris paternis constitutus ex contractu cum aliis celebrato

brato efficaciter & in solidum obligetur, & ob id cum eo, tanquam cum paterfam. agi possit. *l. 39. de O. & A. l. 57. de jud. l. 44. de pecul. l. 3. §. 4. de minor. l. 3. §. 3. ad SC. Maced. l. 5. C. quod cum eo qui in alien. potest.* si igitur bona habet castrensia vel quasi, de illis tenetur solvere, & in eis executio fieri potest, quia eorum respectu paterfam. censetur *l. 1. §. fin. junct. l. 2. ad SC. Maced.* Idem dicendum puto, si habeat bona adventitia, quorum ususfructus non quæritur patri, quia sunt propria ipsius filii, inque eis reputatur sui juris. *l. fin. §. 4. C. de bon. quæ lib.* si vero bona habeat profectitia, in eis executio ratione debiti suo nomine contracti fieri nequit, cum pleno jure sint patris, cui per filium non potest fieri præjudicium. *l. 6. C. eod. §. 2. l. per quas pers. nob. acq.* Quòd si bona tantum sunt adventitia, quorum ususfructus patri, proprietas filio acquiritur, dubium videtur, num & in proprietate executio sit admittenda? Et admittendam esse arbitror per *l. 27. §. 11. de adult.* Non enim hæc alienatio ex filii potestate dependet, quæ alias eidem interdicta est. *l. fin. §. 5. vers. filius autem C. de bon. quæ liber.* sed ex Magistratum autoritate fit, prout distinguit Jctus in *l. 3. §. 1. de reb. eor. qui sub.* Pro debito universitatis, quibus in rebus executio fieri debeat, tractat. *C. A. d. l. Coler. p. 2. c. 3. num. 348. & seqq.* In jurisdictione quæ principatui vel Comitatu adhæret, quomodo fiat executio, tradit Bald. in *auth. ei qui jurat. C. de bon. auth. jud. poss.* cujus verba, sunt, sed nunquid propter debita Comitatus fiet missio in Comitatu? Respondeo quod non, quia Cæsaris est, *l. 39. §. fin. de leg. 1.* sed in rebus? sic, quia jure proprio fructus lucratur, ut sint proprii, non feudales. *l. 58. de usufr.* De juribus prædiorum, seu servitutibus, an hæc pignoris jure in causam executionis capi possint, non convenit inter Dd. propter diversam *l. 11. §. fin. & l. 12. de pignor.* explicationem; de qua videre est apud Bachov. *tr. de pign. lib. 2. c. 7.* Mihi ex *dd. ff.* differentiam constituere placet inter urbanas servitutes & rusticas, in hisce pignoris constitutionem, & postea ejusdem adjudicationem & executionem admitto, *d. l. 12. in iis verò nego, d. l. 11. §. fin.* quæ distinctio sine evidenti cavillatione negari non potest, ut ait Bach. *d. l.* Differentiæ rationem reddit gloss. in *d. l. 12.* quod admissa pignoratione urbanarum servitutum futurum sit, ut urbs ruinis deformatur, veluti ex servitute tigni immittendi, projiciendi &c. apparet. Tertio in specie sunt ea res, quæ in sententia sunt expressæ, & in quibus

reus est condemnatus. l. 68. de R. V. Quæ si peremptæ sint, pro illarum æstimatione in reliquis bonis executio locum habebit. l. 7. C. h. t. Vmm. d. l. n. 13. Perez. in C. h. t. n. 9.

8. Contra in causam iudicati capi non possunt. 1. arma & stipendia militum l. 4. C. h. t. Necessarium enim est illis prospicere, qui pro conservanda Reipubl. salute quævis subeunt pericula ne armis, quæ militum membra dicuntur. Somsbec de feud. par. 2. c. 2. num. 102. privati, contra publicam utilitatem militiam deserre cogantur. Cuj. in par. C. h. t. quæ ratio facit, ut ne in subsidium quidem arma capi possint. Col. p. 2. c. 3. n. 132. uti alias in stipendiis fieri posse putamus, deducto tamen ne egeant, ut suo muneri præesse possint. gloss. in d. l. 4. Menoch. de arbitr. iud. c. 379. n. 11. & durum esset, si Respublica militem, qui pro ea capitis supplicium subit, ita urgeret, ut nihil ei superesset. Bocer. tr. de bell. c. 16. n. 6. Nec distinguimus, an ipso actu in militia sint, an verò in præsidiis, quoniam, verba sunt Erenk. de privil. milit. l. 1. cap. 4. n. 5. miles non actu, sed habitu definitur, qui pacis conservandæ, bellique armis propulsandi causa est electus, licet non actu ipso in acie & pulvere versetur. 2. Milites militia togatæ non minus provident generi humano, quàm si præliis & vulneribus patriam parentesque salvarent. l. 14. C. de Advocat. quippe quorum scientia totus illuminatur mundus, & ad obediendum Deo ac Magistratui vita subditorum informatur. auth. habitæ C. de Advocat. ut meritò eorum libros, unde scientiam illam hauriunt, non minus quàm militum arma, quoad executionem privilegiatos putem. C. A. d. l. n. 95. Consonat Jason in §. 17. Inst. de Action. n. 65. In executione, ait, arma sunt relinquenda militibus, libri scholaribus, cum sine dictis adminiculis miles vocationis suæ munus circa prælia obire, & scholaris sine libris studia pertexere, vel quæ didicit aliis communicare nequeat. Et hoc extenditur quoque ad salaria eorum, & ad stipendia, quæ studiosis pro continuatione studiorum ex publico erogantur. d. l. 4. Cod. h. t. modo ad sint alia bona, in quibus executio fieri possit, & Doctores ac studiosi illis non abutantur ad helvationem, sed ad vitæ suæ sustentationem. Col. d. l. n. 144. & seqq. 3. Executio in bobus aratoris & instrumentis ad agriculturam deputatis, ne agrorum cultura impediatur, sterilitas fructuum inducatur, adeoque tributorum illatio retardetur, fieri non potest. c. fin. extr. de treug. & pac. auth.

agricul-

agricultores. C. quæ res pignor. obligar. Sed num in subsidium saltem? Contrariæ hic sunt Doctorum opiniones, affirmativam defendunt gloss. in l. 7. C. quæ res pignor. Horat. Lut. priv. schol. 32. Clammer. in prompt. jur. Civ. & feud. tit. 35. §. 7. Contra verò censent Salyc. in d. l. 7. Menoch. de arbitr. jud. c. 378. n. 10. Trentacinq. var. resolut. v. l. 2. tit. de exec. rei judic. resol. 2. n. 30. Lex enim solum consideravit impedimenta agriculturæ, cum jumenta aratoria, & cætera instrumenta distrahantur: quandoquidem tempus consumitur dum ab opere submoventur. Menoch. d. l. Et sane propter utilitatem publicam melius est, ut unum periclitetur debitum, quam si cultura destitueretur. Trentacinq. d. l. n. 4. Humanitatis & honestatis causa idem receptum est in vestibus. l. 6. de pignor. l. 6. in fin. pr. C. de his qui ad Eccles. contra naturam enim esset ita debitorem excutere, ut nudus incedere cogatur: unde Cicero lib. 1. off. principio, inquit, corporis nostri magnam natura ipsa videtur habuisse rationem, quæ partes corporis ad naturæ necessitatem datæ, aspectum essent deformem habituræ, ac turpem, eas contexit atque abdidit: adeo ut ne quidem damnatis ad mortem vestimenta denegentur l. 6. C. de bon. damnat. Chartar. de execut. sentent. capt. bann. c. fin. n. 426. Et scribit Marcell. histor. lib. 28. carnificem vivum fuisse combustum, qui super nudo spoliaverat duas mulieres de adulterio damnatas. Quæ tamen de veste necessaria, sine qua nemo vivere potest. l. 234. §. fin. de V. S. intelligenda sunt. Nam vestes quæ ad ornatum faciunt, licet non sint de iis, quæ quis vero similiter obligare intendat, d. l. 6. in subsidium tamen, aliis deficientibus bonis in obligationem cadunt atque executionem. Monach. tr. de exec. in vest. cap. 1. nu. 28. Sed quid si debitor unicam tantum vestem ad ornatum magis tendentem, quàm ut quotidiano usui conveniret, haberet, an & in ea esset exequendum? Et quia d. l. 6. vestem, relinquendam esse indefinite loquitur, executio admittenda non videtur, quia vestitus ille satis necessarius est, dum alium non habet: nisi forsan creditor surrogatione alterius vestitus non tanti valoris, ornatiorem reciperet, unde major pecunia pro satisfactione redigi possit. Monach. d. t. c. 5. n. 33. & seqq. 5. In hereditate jacente executio locum non habet, quia nulla est persona, quæ eo nomine possit interpellari, arg. l. 24. §. 1. solut. matrim. res enim hereditariæ, antequam aliquis heres existat, in nullius bonis esse dicuntur. l. 1. in princ. de rer.



divis. Dec. in l. 59. de R. I. n. 8. 6. Denique in re litigiosa, Imp. rescriptis alienari prohibita t. i. ff. & C. de re litig. executio non procedit. C. A. d. nu. 95. Carpz. d. c. 32. def. 22. ubi hoc sententiâ in causa det Cammermeister contra Franz Nixen Mens. April. anno 1635. datâ confirmat. Si modo aliæ, quæ sunt sine controversia, præsto sint. l. 15. §. 4. de re judis. l. 2. C. quand. fisc. vel privat. sui deb. sin. verd. nullæ aliæ supersunt, ii qui rem judicatam exequentur, summam debent cognoscere de proprietate, ut si cognoverint rem illam condemnati esse, executio in ea procedat: si minus eam dimittant tertio opponenti. d. l. 15. §. 4. Et huc usque de materia objectiva universa; sequitur nunc causarum internarum altera, quæ est forma.

C A P U T V.

De Forma.

§. 1. **F**orma Executionis alia est intrinseca, alia extrinseca, Extrinseca considerari potest, 1. ratione processus in rebus quæ executioni subjacent. 2. quoad tempus instituendæ executionis. Et 3. ratione personarum contra quas executio instituitur. In primo membro rem alius quodammodo repetam. Aut enim quis condemnatus est, aut obligatus: si condemnatus est in actione reali, tunc executio in ea re fit, quæ adjudicata est. l. 68. de R. V. si hypothecariâ, utpote pro annuo redditu, executio faciendâ est in rebus specialiter obligatis & hypothecatis: §. 7. l. de Act. si denique personali, instituenda est executio juxta modum traditum in l. 15. §. 2. de re jud. Aut vero obligatus tantum est, ut qui specialiter aliqua bona hypothecavit, & tum bona hypothecâ affecta, sub hasta venduntur: vel qui omnia bona sua tam mobilia quàm immobilia obligaverit, & tum iterum prædicta forma in d. §. 2. debet observari: Boër. in l. unic. C. de sentent. quæ pro eo quod interest. n. 185. Alin. de execut. §. 2. cap. 1.

2. Forma autem talis est, ut primùm res mobiles capiantur, & ex his omnium primò pecunia numerata. arg. l. 1. §. 20. de ventr. in poss. mitt. Deinde res animales. d. §. 2. si scilicet onerare magis impendio dominum solent, quàm fructibus augere, d. §. 20. ratio dari potest, quia promptior minusq; damnosa harum rerum, quam immo-

immobilium est distractio. *Wes. in §. 6. l. de off. jud. n. 19.* Quæ si non
 sufficiant, tunc demum res immobiles, quæ commodiores visæ fue-
 rint, ad executionem promptius expediendam, & quæ immobili-
 bus cohererent, fructus puta, qui pars fundi sunt *l. 44. de R. V.* distra-
 huntur: modo non res magni pretii pro exiguo pretio vendantur.
 Quod si autem res distractæ non sufficiant, vel nulla sint soli pigno-
 ra, ad iura demum & nomina pervenitur *d. §. 2. & §. 8. l. 5. C. h. t. C. A.*
d. l. n. 96. capto videlicet ipso chirographo, seu obligationis instru-
 mento, *arg. l. 1. C. de donat.* aut denuntiando debitori debitum agno-
 scenti *d. l. 15. §. 9. l. 3. C. quand. fisc. vel privat. debit. Umm. d. l. n. 22.* ne
 creditori suo, qui condemnatus est, solvat, *arg. l. 4. C. quæ res pign. obl.*
poss. Perez. in C. h. t. n. 10. Rulant. de Commiss. part. 4. lib. 8. c. 16. n. 28. Id-
 circo autem postremus locus tribuitur nominibus, quod in eis per-
 sequendi negotium habere oporteat, non tantum cum condemna-
 to, sed & cum extraneis ejus debitoribus. *Perez. in C. d. l. Gudel. d. l.*
 Quæstio hic occurrit apud *Dd.* maximè controversa, an in favorem
 debitoris usitatus executionis processus mutari queat? Negantium
 sententia mihi verior visa est: executionis enim ordo magis credi-
 toris gratia introductus esse videtur, quod vel inde colligitur, quia,
 ut modo dictum, primariò in iis rebus fit executio, quæ facilius &
 expeditius à creditore distrahi possunt, *fat. d. l. 15. §. 10.* sic cum pro-
 pecunia res aliæ debitæ dantur in solutum, constitutum est, ut quæ-
 cunque meliores sunt, addicentur, deterioribus apud debitorem
 remanentibus, quod in favorem creditoris fieri, ne injuria afficia-
 tur, extra dubium est. *Nov. 4. c. 3. vers. rerum verò datio. Bach. ad Tr. v. 2.*
d. 23. §. 6. C. Berlich. concl. 81. n. 57. Coler. p. 3. c. 9. n. 32. Unde impro-
 babile non est, si creditori perverti hunc ordinem expediat, & con-
 demnato non noceat, ut si ejus debitor paratus sit solvere victori, si
 condemnatus velit, audiendum esse creditorem. *arg. l. 38. de R. V. C. A.*
d. n. 96. Umm. d. l. n. 22. Gudel. d. c. 14. Quod si verò iudex pro suo ar-
 bitrio illum exequendi ordinem invertat, an ipso jure nulla sit exe-
 cutio, an rescindenda potius? non levem habet disquisitionem:
 Ego per appellationis remedium illam rescindendam esse de jure
 verum arbitror. *l. 5. C. quor. appell. non recip.* iudicem enim hunc ordi-
 nem invertendo excessum committere supra *c. 2. §. 12.* diximus, *C. A.*
d. l. n. 99. Bart. in d. l. 15. §. 2. n. 8. vers. sed si hoc omittatur. ubi dicit, quod
 hic ordo non ponitur, quod sit necessitas, sed quod pars gravata

revocaret per appellationem. *Zaf. in d. §. 2. n. 11. in fin. Umm. d. l. n. 22.*
Gudel d. r. 14. Quam sententiam *Asin. d. tr. §. 4. c. 90. n. 12.* doctè qui-
dem explicat, sed nulla addita ratione, quod procedere possit, si
bona immobilia non præcedente bonorum mobilium discussione
capta sint, ita scilicet, ut bona illa præcedente æstimatione, & sub-
hastatione subsequente, plus offerenti vendita fuerint, vel oblato-
re justum pretium non offerente, creditori in solutum demum da-
ta sint: Sin verò bona immobilia statim, prædictis non servatis,
vili pretio creditori adjudicata fuerint, quod tum propter duplex
vitium executio sit ipso jure nulla. Rationem darem, quod dolus
creditoris intervenisse fortè præsumatur. *d. l. 7. C. quand. provocari.*
non est necess. Et hunc exequendi modum in Curia Gallia observa-
ri testatur *Boer. in d. l. unic. & apud Germanos adhuc in usu esse præ-*
ter Coler. p. 3. c. 9. n. 24. quotidiana docet experientia. Licet contra-
rium persuadere velint *Perez. d. l. n. 13. & Gudel. d. c. 14.*

3. Captis itaque pignoribus, si condemnatus intra duos
menses à die pignorum captorum numerandos. *l. 31. in fin. de re jud.*
judicatio non satisfecerit, judex pignora capta sub hasta publica,
hoc est, in loco, ubi res publicè venum exponi solent. *l. 3. C. h. r. præ-*
senti pecunia vendet, d. l. 15. §. 7. addicetque ea illi, qui pluris licita-
bitur. Subhastationis hujus originem nobis describit antiquita-
tum fidelis relator, *Alex. ab Alex. dier. genial. l. 3. c. 16.* captis enim
urbibus bona proscriptorum hostiumve manubiæ venales fiebant,
hasta posita, hoc fine, ut intelligeretur, populum veluti data fide
publica, evictionem earum venditionum, belli armorumque peri-
culo in se suscipere. *Dn. D. Tabor. in disp. de jur. hasta. rh. 2.* Forma
subhastationis descripta est *in auth. hoc jus porrectū. C. de sacros. Eccles. &*
r. r. C. de fid. & jur. hast. lib. 10. Quæ etiam in Inelyta hac Repub. quoti-
die observatur, ut videre est in *ordinat. huj. Reip. sub tit. Gantthaus*
und des Gantthausers Ordnung / ubi præconis voce omnibus de-
nunciatur, ut quicumque bona emere velit, compareat ad locum
destinatum infra tempus aliquod ad hoc præfixum, ubi plus offe-
renti dabuntur. Quæ posteriora verba *Angel. in l. 11. ff. de pignor. &*
hypoth. n. 7. accuratè attendenda esse censet, quandoquidem vi illo-
rum civitas ad illam rem dandam cogi potest, quia ad id se adstrin-
xit. Plura de hac subhastationis materiâ tradit *Dn. D. Tabor. d. disp.*
add. Asin. de exec. §. 6. per tot. Menoch. de arbitr. jud. l. 2. cent. 2. c. 129.
Coler. p. 3. c. 9. n. 86.

4. Per-

4. Peracto igitur hoc præconiorum ordine, nec emptore
 alio existente, vel pretium dignum offerente, pignora poterunt
 creditori, si id postulet, addici, ea quantitate, & æstimatione, quan-
 ta est summa quæ debetur, ita ut liceat ei excurrentem crediti quan-
 titatem petere. *d. l. 15. §. 3.* Ut enim injuriosum est non reddere de-
 bitori superfluum, si pluri valeat pignus; ita & iniquum, si fortè
 minoris valeat, creditorem jus suum amittere: soletq; creditor jus
 domini eo casu à Principe impetrare, sed non ultra quantitatem
 quæ ipsi debetur. *l. fin. §. 4. C. de jur. dom. impetr.* Quod si hæc via,
 quæ multas ambages habet, ut patet *d. l. fin.* ipsi displiceat, potest à
 Magistratu exequente sibi pignus addici postulare, ut in credi-
 tum possidere liceat. Hoc ubi fecit, executor ipsi pignus addicet,
 & victor iis contentus esse debet pro eo quod sibi debetur, nec
 superfluum petere poterit, quia de eo velut pacto transigisse vide-
 tur. *d. l. 15. §. 3. C. A. d. l. n. 97. & 98. Umm. d. l. n. 22. Perez. in C. h. t. n.*
19. 20. Gudel. d. c. 14. vers. quid sit pignora. Bachov. ad Tr. d. disp. 8. 6. D.
Zaf. in d. §. 3. Quæ adjudicatione facta, pœnitentiæ locus non est,
 nec ea revocari potest. *l. 10. C. de solut. arg. l. 15. §. 33. de damn. infect.* quia
 eadem dominium verè in creditorem transfertur *arg. l. 46. de usucap.*
 Nam sicuti semel facta venditio rescindi non potest, vel cum rescri-
 pro principis. *l. 3. & 6. C. de rescind. vend.* ita & adjudicatio, quæ ven-
 ditioni similis. *l. fin. quib. ex caus. in posses. l. 4. C. de evict. l. 9. C. de rescind.*
vend. Dec. cons. 558. n. 1. & 592. n. 2. A sin. de execut. §. 4. c. 51. no. d. l. d. n.
ebri 215. Quod ad tempus attinet, non statim postquam sententia
 in rem judicatam transit, executioni locus est, sed humanitatis
 gratia spatium quoddam temporis condemnatis leges indulgere. Et
 quidem Lex. 12. tabb. triginta dierum dilationem dedit. *Gell. 20.*
Noct. Att. 1. confessi aris ac debiti judicatis triginta dies iusti sunt. Quod
 tempus posterioribus legibus duplicatum fuit. *l. 31. de re jud. l. fin. §. 1.*
C. de usur. rei. jud. l. 1. C. Theodos. eod. tit. Cujac. in par. C. h. t. ac tandem
 à Justiniano cœcessum est in eam rem quadrimestre. *d. l. fin. §. 1. à die*
 condemnationis, vel si provocatum fuerit, à die confirmationis vel
 reformationis sententiæ connumerandum. *l. 2. C. eod.* Quod tamen
 in actione personali tantum procedit, nisi huic beneficio legalis di-
 lationis in specie renunciatum fuerit. *arg. l. 29. C. de pact.* Nam in
 iudicio reali incontinenti fit executio, & reus restituere cogitur
 rem alienam quam possidet, etiam adhibita manu militari, si opus
 fuerit.



X 20



fuerit. *l. 68. de R.V.* nisi fortè tempus restituendi causa sine tergiver-
satione petierit; quo casu iudex certum terminum ei præfiget, intra
quem restituat, & interim iubebit dato fidejussore cavere de litis
æstimatione, si intra tempus datum non restituerit. §. 2. *l. de off. jud.*
Dn. D. Tabon. *in d. disp. de off. jud. d. l. §. 3.* Vulcej. *in d. §. 2. n. 24.* Perez.
in C. de usur. rei iud. Menoch. lib. 2. arbitr. jud. cas. 28. Bachov. *in d. §. 2.*
Non tamen dubito, si statim constat de petitio, idque per exce-
ptionem dominii in continenti probari possit, etiam in iudicio rea-
li in possessorio executio differri possit. *c. 5. & 6. extr. de caus. poss. &*
propn. Rulant. in dict. vot. Cameral. clas. 1. vot. 1. n. 12. Lancellot. *de ar-*
centat. part. 2. c. 12. lim. 2. n. 41. Menoch. *de retinend. possess. rem. 3. n. 845.*
Patet igitur, quod hoc tempus pro causæ qualitate vel quantitate,
vel personarum obsequio & contumacia coarctari & prorogari
possit. *l. 2. & 31. de re iud. c. 5. extr. de sentent. & re iud. Umm. d. l. nu. 17.*
ubi causas arctandi recenset: ut tamen iudex cautus sit, ne absque
iusta causa temerè istud mutet, propter *l. 4. §. 5. d. t.* Moribus multo-
rum tribunalium nullum tempus certum, quo differatur executio,
constitutum est, sed totum arbitrio iudicis relictum. Gudel. *d. c. 14.*
De jure Camerali est terminus sex septimanarum & trium dierum
Gail. *n. O. 113. n. 1.* De jure Saxonico quid obtineat. vid. Coler. *d. l. p. 3.*
c. 6. Mind. d. tr. l. 2. c. fin. n. 5.

6. Notandum & hoc est de tempore executionis, quod il-
la in diebus festis in honorem Dei constitutis fieri nec possit, nec
debeat, utpote quæ sine magna contentione fieri non solet. *l. 7. in*
fin. l. 8. l. fin. §. 1. C. de feriis. c. fin. extr. d. t. Perez. *in C. de feriis. n. 11.* Non
igitur ferenda est consuetudo, qua introductum, nudam facti exe-
cutionem, quæ ab apparitore fieri solet, puta pignorum captionem,
atque bonorum addictorum in possessionem missionem hisce die-
bus valere, pro qua disputat Guid. Pap. *dec. 215.* In iis enim quæ
divino jure instituta sunt, nullas consuetudinis vires esse, negari
non potest. *c. fin. extr. de consuetud.* Multo minus partium conven-
tio hic quicquam operari debet. *d. c. fin. extr. de feriis.* Si enim priva-
torum conventionibus juri publico derogari nequit, *l. 45. §. 1. de*
R. l. quidni neque divino? Gail. *n. O. 53. n. 16.* Menoch. *lib. 1. arb. iud.*
quest. 30. n. 2. Bach. *ad. c. 57. p. 528. n. 3. 4.* Tum quoque indignum est
homine Christiano iis feriis renunciare velle: istis enim diebus ho-
nori Dei, publicæ quieti, & rerum sacrarum vacationi destinatis.

lites

Fides & iurgiorum cognitio cessare debet, *id. ff.* Nisi aliud suadeat pietas aut injungat necessitas, *d. c. fin.* ut si debitor sit suspectus de fuga, nam tum & hoc tempore licite capi poterit. *gl. in d. l. fin. Frantz. in ff. de feriis. n. 24. & 25. Umm. d. n. 17. Wes. in par. d. tit. n. 5.* Verum quæ in usum & utilitatem vitæ communis indictæ sunt feriæ, velut dies messium & vindemiarum, non impediunt, quo minus eo tempore executio licite fieri possit, *clementina sepe. de V. S.* qua cautum est, has ferias locum non habere in causis summaris: cum ergo causæ executivæ summaris sint, in proclivi est exinde colligere, ad eas hujusmodi ferias non spectare. *fac. c. fin. extr. de jud. Parlad. l. 2. c. fin. p. 5. §. 4. n. 10. Althus. d. c. 48. n. 40.*

7. Circa personas contra quas executio instituitur illud disputatur, an contra reum victum executio in solidum fieri possit? Communis Dd. opinio est, regulariter executionem contra debitores in solidum fieri. *Carpzov. I P. F. p. 1. c. 32. d. 15. in pr. Perez. in C. h. t. n. 26.* ita ut usque ad ultimum quadrantem excutiantur. *Wes. in par. de sess. bon. n. 4.* & usque ad peram, ut loquuntur, & saccum. *Umm. d. l. num. 24. Bach. in §. 37. 1. de Action. & ad Tr. v. 2. d. 24. §. 4. D.* Nihil igitur præter vestem vilem & indusium, quo nuditatem corporis tegete possint, eis relinqui necesse est. *Schneidevv. in §. fin. 1. de Act. Berlich. p. 1. concl. 80. n. 50.* Consentunt quam plurima Germaniæ nostræ statuta, quibus prædicta confirmantur: statutum Argentoratense videre est in *Reform. Raths Ordn. tit. Gemeine executions Ordnung. n. 20.* de statuto Lubecensi hoc ipsum refert *Mevius ad jus Lubec. lib. 3. tit. 1. art. 10.* Prudentis tamen Magistratus erit, circumstantiis propè perpensis, prospicere, ne seposita omni humanitatis lege, rigidæ creditorum exactiioni vel malitiis indulgeatur. *Bach. ad Tr. d. l. Matth. Bruno. de cess. bonor. quest. 3. n. 18.* Sunt autem qui speciali beneficio non nisi in id quod facere possunt ex judicato conveniuntur, habita ratione ipsorum, ne pro personæ suæ qualitate egeant. *l. 16. l. 17. & seqq. de re jud.* quod Doctores vulgo beneficium competentis vocant. Et licet *Coler. p. 2. c. 3. n. 130. & seqq.* hoc beneficium in foro hodie non observari persuadere velit, experientia tamen ipsa illum satis refutat, quam etiam in pronunciando secuti sunt Scabini Lipsienses in causa *Wilhelm Bernhard von Hagen. Mens. Maj. 1636.* & in causa cujusdam Baronis ad consultationem *Eliæ Fridels zu Leipzig Mens. Jul. anno 1631.* hisce verbis

H respon-



134



respondentes: Diweil aber nach inhalt der Rechte die execution wider die milites ander gestalt nicht statt hat/ als dafern ihnen ihrem stande nach die alimentia vnd Jährliches Auskommen/ so wohl zu ihrem/ vnd der ihrigen Vnderhalt/ als auch zu Verrichtung der Herren dienste auß den Gütern frey gelassen wird; welches beneficium competentiae den Illustribus vnd AdelsPersonen nach gemeinent wahn der Rechtsgelehrten heutiges tages nicht weniger als den Kriegsleuten zuschreibet. vid. Carpzov. d. def. 15. & 16. Quæ vero personæ hoc deductionis beneficium habeant, membratim delineare non licet, videantur. Carpzov. d. dif. 15. 16. 17. 18. Berlich. p. 1. concl. 80. n. 50. & seqq. Umm. d. l. n. 27. Perez. in C. h. t. n. 27. & seqq. Hillig. ad Donel. l. 27. cap. 9. N. Manzius de Patrocin. debitor. Arumæ. diss. ad ff. 21. §. 6. & alij. Et hæc de forma extrinseca.

8. Forma Executionis faciendæ intrinseca consistit in hoc, ut publica Magistratus competentis autoritate fieri debeat. l. 3. C. h. t. l. 2. C. si ex caus. jud. Althus. d. l. n. 48. Ut enim ad executionem perveniri possit, requiritur præceptum judicis. l. 1. & 2. C. h. t. Quod præceptum petita executione pro negotii diversitate aliter atque aliter decerni solet. Etenim si res in specie præstanda, pro qua executio petitur, eaque extet, præfigitur terminus reo, puta ut intra triduum rem restituat, eoque non restituente, vel actor in possessionem illius mittitur vel etiam res ipsa manu militari quandoque aufertur. l. 68. de R. V. Col. p. 3. c. 8. n. 14. Si factum, pro quo executio petitur, præcisè est præstandum, reus vel captis pignoribus, vel etiam carceris coërcitione ad istud factum præstandum mandato judicis adigitur. arg. §. 3. l. de satisfat. tut. Formulam præcepti executivi videsis apud Col. d. l. n. 12. Regulariter autem ejusmodi præceptum absque causæ cognitione est invalidum, cum processus ab executione inchoari non debeat. d. l. 1. & 2. C. h. t. l. 9. C. de O. & A. l. unic. C. de prohib. pec. seq. Interdum tamen nudis narratis supplicantis creditur, & super iis mandatum executivum decernitur, addita tamen in fine clausula justificatoria, si te gravatū senseris, compareas tali die, justitiæ supplementum suscepturus. Marant. in spec. part. 6. tit. de sentent. n. 27. add. Gail. 1. O. 13. & 19. Quanquam & non desint causæ, in quibus absque clausula justificatoria sine omni exceptione præcepto judicis parendum est. Vid. O. C. p. 2. tit. 9. §. und

ob sich. Et tit. 23. vers. Es were dann. Gail. d. O. 13. & 19. & l. de P. P. c. 4.
pr. & de pign. O. 13. n. 2. Sed properandum nunc ad effectum.

CAPUT VI. & Ultim.

De Executionis effectu.

§. 1. **T**antum de executione facienda, sequitur executionis factæ
effectus, qui alius est ratione victoris, alius ratione victi
seu rei. Ratione victoris hunc effectum parit executio, quod do-
minium ex ea transferatur addicendo. l. 15. § 6. de re jud. arg. l. 46. de
usuc. l. 16. C. de rescind. vendit. l. ult. C. si propt. publ. pensit. Ut enim datio
in solutum ad similitudinem emptionis transfert dominium. l. fin.
quib. ex caus. in poss. ita etiam nullum dubium est, quin ille cui bona
addicuntur, efficiatur dictorum bonorum dominus, ac postea rei
addictæ periculum, quod quasi dominii consequens est, subire co-
gatur, cum res pereat suo domino. l. 9. C. de pignor. act. Carpzov. l.
P. F. d. const. 32. def. 46. ubi præjudicium refert in causa Hansß Burch-
hardt von Schönberg zu Rorschonberg. Mens. Maj, anno 1633. Adeo
ut ad res jam addictas reluendas nullum tempus debitori detur l.
15. §. 33. de damn. infect. d. l. ult. C. si propt. publ. pensit. Dn. D. Tabor. d.
disp. §. 4. in fin. Dec. cons. 558. Remediis igitur ordinariis, appellatio-
ne scilicet, nullitate, restitutione in integrum aliisve experiundi
potestatem tantum habet. l. 7. §. 1. de distract. pignor. Ubi enim ad-
judicatio contra Legem fit, certum est dominium ex ea verè non
transferri. arg. l. 5. C. de legib. A sin. d. §. 4. c. 51. n. 5. Quemadmodum
quoque ut dominium transferatur, requiritur, ut addictio fiat de re
certa: res enim incerta ratione loci vel quantitatis tradi non po-
test, l. 3. §. 2. l. 26. de Acquir. poss. & ideo ex consequenti dominium
acquiri nequit. l. 20. Cod. de pact. §. 41. l. de R. D. A sin. §. 7. cap. 270.
Discrepat in hoc à jure civili jus Saxonicum, quo debitori integer
annus concessus, intra quem tradita & adjudicata bona creditori,
vel ipsemet redimere, vel alium qui majus pretium solvet, afferre
potest. Berlich. d. concl. 81. n. 191. Col. p. 3. c. 9. n. 105.

§. 2. Sed quid si res addicta evincatur creditori? Et certum
est, non posse illum de novo pro debito illo executionem petere,
quoniam illo casu prior actio omnino sublata est. l. 24. in pr. de pign.



act. l. 15. §. 6. de re iud. l. 33. C. de transact. gl. in l. 4. C. de Evict. Joseph. Ludov. dec. 101. Quibus non contradicit l. 46. de solut. qua dispositum est, si quis aliam rem pro alia volenti solverit, & evicta fuerit, remanere pristinam obligationem. Quippe ipsa legis verba clarè docent, speciem pro specie solutam esse, & ita permutationem factam, quæ vim aliter habere nequit, quàm si res accipientis fiat. l. 1. ff. de rer. permutat. secus ac quando species pro pecunia, ut hoc nostro casu, soluta fuerit, tum enim emptio venditio contrahitur, in qua venditor non ad dandum, sed ad tradendum obligatur, l. fin. ff. de condict. caus. dat. proinde re evicta ex empto tantum evictionis nomine creditor cum debitore experiri debet. l. 4. C. de Evict. Bart. in d. l. 46. de solut. Parlad. l. 2. c. fin. p. 5. §. 16. n. 21. 22.

3. Ratione victi seu rei effectus esse potest, quod non liceat eidem provocare ab executione, l. 5. C. quor. appell. non recip. c. 43. extr. de appellat. videretur enim appellatio interponi in fraudem executionis, post approbatam silentio sententiam, ut lites in infinitum protraherentur. Interest autem publicè non differri rerum judicatarum, & planè peractarum executionem, arg. l. 10. C. de transact. l. 1. ff. de usucap. Arum. disp. ad pand. ultim. §. 14. Hinc pœna quinquaginta librarum auri constituta in eos, qui ab executione perperam appellaverint, d. l. 5. vers. sciant. Perez. in C. d. t. n. 3. Nisi sortè in exequendo modus sit excessus, nimiumque pars aggravata; eo namque casu appellatione interposita executio suspenditur, ut si res mobilis sit, possessori detrahatur, & sequestri idoneo collocetur, ut ab illo restituatur ei, qui iudicio obtinuit. Quod si de re immobili vel de fundis executionem suspenderit provocatio, fructus omnes, qui tempore interpositæ provocationis capti, vel postea nati erunt, in deposito quoque collocantur, jure fundi penes eum qui appellavit constituto. d. l. 5. C. A. d. l. n. 99. Perez. d. l. n. 7.

4. Pari modo executionis effectus operatur, quod nec supplicationis viâ condemnatus executionem retardare possit, præstitâ enim sufficienti cautione de iudicato faciendo sententiam effectui tradi debere constitutum est in auth. que supplicatio C. de prec. Imper. off. & Novell. 119. c. 5. Bender. de revision. concl. 23. n. 37. Cum qua consentit antiqua ordinatio Camerae de anno 1532. tit. Cammergericht berreffend/ s. vnd damit vnser ibi. Doch daß nicht destoweniger mit execution der gesprochenen vnd erkanten Urtheil am Cammergericht


gerichte vollzufahren/ vnd procedirt werde. In Imperio nostro suppli-
 cationibus saluberrimum revisionis remedium respondet. O. C. p. 3.
 tit. 51. Gail. l. O. 154. ut hinc non immeritò dubitari possit, an pen-
 dente revisione interim suspendatur executio sententiæ Camera-
 lis revidendæ? In renovatâ ordinatione Camerae d. tit. 51. §. darauff
 sollen/ vers. vnd im fall. constitutum est, quòd pecunia deposita, casu
 quo sententia revidenda nullitatis vel iniquitatis arguatur, provo-
 canti restituenda, & sententia reformata in Camera executioni
 mandanda sit. Ex quibus liquet, id quod modo ex O. C. de anno 32.
 de supplicationibus dictum, hoc vers. vnd im fall/ licet non ex-
 pressè, tamen implicitè immutatum esse. Adeoque necessario se-
 quitur tantisper executionem prioris sententiæ suspendi, donec
 causâ cognitâ constare possit, an sententia revidenda, confirman-
 da, vel reformanda, atque tunc demum executioni sit demandan-
 da. Atque hoc ita observatum in causa Borschen contra Branden-
 burg anno 1559. Gail. l. O. 154. n. 3. 4. Quod maximè utile est, ne
 repetita executio, præsertim inter status Imperii, novas turbas ex-
 citet, ac gravioribus tumultibus occasiones præbeat. Neque vi-
 ctori mora hæc revidendi molesta esse debet, quod tempus revi-
 dendi brevioribus finibus ex Ordinat. Camerae circumscribatur.
 O. C. d. r. 51. Gail. d. O. Bender. d. tr. concl. 20. num. 16. & seqq. ubi hanc
 questionem latè examinat, & ad contraria responder. ubi omnia
 Superfunt affinia & contraria, quæ omnino etiam improbâ
 consideratione essent dignissima, & quoque constitueram ea ple-
 niori penicillo delineare, sed modus, tempus, & instituti ratio
 hinc quiescere iubent. Multa, ut vides, præterii, ut brevitati con-
 sularem, rationes rariores in Augustissimis tribunalibus receptas
 attingere non potui, praxis forsan, Deo bene favente, illas doce-
 bit: quæ minus aptè dixi, veniam eò facilius spero, quòd li-
 bentius boni favere solemus iis, qui utilitatis causâ
 rerum utilium sollicitam recipiunt in-
 dagationem.

H 3 Ad.



X 20





Ad Nobilissimum & Amplissimum
Dn. HENRICUM SPEIERMAN,
JCTUM, ET ILLUSTRIS. WALDECCO-
Culemburgicorum Comit. Consil. gravissimum,
Amicum meum veterem.



*Er messor flavas, Vir Consultissime! spicas
Messuit, & segetis premia larga tulit,
Hospes ut intravit nostras, Haxthusius, ades
Factus & est mensa portio grata mee,
De meliore notâ mihi commendatus Amici,
Qui veteri es nobis notus amore, manu.
Non opus est nostris, quas dicam, laudibus illi,
Quem se præstiterit cum meus hospes erat;
Occupat has laudes titulo majore Facultas
Nostra, & ad summum mittit adire gradum,
Unde Theses jussus presentes scribere, testes
Ingenij & studij qua simul esse queunt,
Plura mei versus Encomia digna referrent,
Laus nisi cordato forte molesta foret.
Rem breviter dicam: Studiosi Exemplar in urbe
Egregii atque mihi gratus is hospes erat.
Nec dubito, magnum quin Patria chara Patronum,
Cum sacro Imperio sit habitura virum,
Thesauris multis opulentior ille redibit
Ad vos, quos gnarâ legerat ipse manu
Corporis è nostri juris prædivite vena.
Quales si reduces pleraque Turba forent,*

Instru-

157.
Instrumenta ævi melioris plura redirent
In patriam, & patriæ cresceret inde salus.
Sic ergò officio, confido, functus amici,
Utque requisieras, porro studebo Tibi,
Si quibus in rebus potero præstare quod optas,
Promptus ero. Tandem, vive valeque diu!

Scribeb. Argentor. 8. Aug. an. 1648. Joh. Rebhan/
Jurispr. D. Prof. Ordin. & Coll. Jurid. h. t.
Decanus.

Clarissimo & Præcellentissimo

V I R O

Dn. HENRICO Harthausen. J. Candi-
dato pro insigniis Doctoralibus dispu-
tanti, applaudit.

HÆssa bellatrix, Virtutisque inclita sedes,
Præliaque & pacem dirigit, æqua, manu.
Ex te est, quod clares, quod palmam porrigit hostis,
Jureque concesso te cupit usque frui.
Ex te quot fortes Mavors, tot gignit Apollo
Doctos, congenitæ & laudis honore clues.
Pulpita nuncce tuæ dum scandit gentis alumnus,
Abstrusoque refert condita jura sinu.
Inter tot doctos, doctorum nomine dignum
Prædicat haud levibus laudibus ipsa Themis.
Votaque conjungens nova concepit omina, gratæ:
Et certum patriæ mox jubet esse decus.
En, felix genitrix, felix Vir, macte, labores
Vincent, quæ dabit Hæc præmia certa, tuos.

Christianus Schoene:
Bremenfis.

Aliud!

Aliud.

PRæmia quæ factis tribuit Themis Alma, labores
Desuper humanos spectans, molimina tanti
Pectoris ut vidit, quæ tentas ardua, Fautor
Mi venerande, chorum sic est affata Sororum.
Nobilis Hæsiades, rapido qualimpidus oras
Undarum Tribocas prætervolat agmine Rhenus,
Est mihi: cui studium quid justum, scire, quid æquum
Est unum, solus mea gloria, sola voluptas.
Hunc labor intendens, animique in membra vigentis
Imperium, vigilesque suo pro munere curæ
Adduxere graves pro me tolerare labores.
Quod facile aspicere est, ubi doctâ voce sonabunt
Pulpita, & Exequier mos ut sit iussa docebit.
Hunc jubeo celebrent encomia vestra, Sorores,
Illius & Nomen resonet volo denique, tantis
Debita quæ meritis per plurima sæcula laude.
Macte iudicio Themidos, dum sydera, tellus
Et mare subsistent, tua laus nomenque vigeant.


*Domino Fautori addictissimum suum studium
hoc qualicumque carmine approbaturus,
paginam hanc implere sustinuit*

Jacobus Stoffelius, Montbelg.

F I N I S.








X 2615944

WOM







B.I.G.

Farbkarte #13

Black
3/Color
White
Magenta
Red
Yellow
Green
Cyan
Blue

IN NOMINE
 SACRO SANGTÆ ET SUMMÆ
 TRINITATIS.
 AUTHORITY ET DECRETO
 NIFICI, NOBILISSIMI ET
 AMPLISSIMI
 DISCONSULTO-
 ORDINIS IN FA-
 RATISSIMA AC FLOREN-
 TINA ARGENTORATENSIIUM
 ACADEMIA,
 AMIS IN UTROQUE JURE, CÆ-
 nonico, honoribus & immunitatibus Do-
 ctoralibus, legitimè consequendis;
 TIONEM HANC INAUGURALEM
Theorico-Practicam
 DE
 TIONIBUS TAM IN GE-
 NERE QUAM IN SPECIE.
publico ac Solenni omnium examini subiicit,
 RICUS Harthausen/ Hassus.
Ad diem 10. Augusti.
in Auditorio Majori.
 ARGENTORATI
 JOHANNIS-PHILIPPI MÜLBI,
 ACADEMIÆ TYPOGRAPHI,
 Anno M. DC. XLVIII.

106.

1648, 4.

18

X 10

